DEinceps quoniam circulus æquidiſtans Zodiaco nec in planiſphęrio deſcriptus: nec in ſphæra deſignatus: cuius portio in parte non apparente ſęcat æquidiſtantes circulo recto circulos non apparentes penes polum. Auſtralem quorum diſtantia a Zodiaco aut a capite Cancri minus altitudine eius in loco eius definito: aut a capite Capricorni minus eius altitudine in loco determinato. Ponemus circulum meridianum. A.B.G.D. circa centrum. E. Intelligemus itaq; polum auſtralem p̄ctum. D. Axem uero .B.D. Diametron circuli æquinoctialis. A.B. Diametron circuli æquidiſtantis ei nunq̄ apparentis: lineam. Z.H. Diametron circuli hunc ſecantis de æquidiſtantibus Zodiaco lineam. T.K.L. Quibus ita poſitis deſignamus ſuper lineam. Z.H. ſemicirculum. Z.M.H. cuius centrum. F. Erigimuſq; lineam a puncto. K. in. M. æquidiſtantem lineæ .E.D. Ex quo itaque produxerimus .A.G.N. & .D.H.N. atque. D.L.C. erit circulus qui deſcribatur ad quan-




Digitized by Google



titatem.E.N.inter notas.N.Y.Q .de circulis planiſphærii perpetuo negatis. Circulus uero qui deſcribantur uite circuli qui ſuper lineam.T.H.L.tranſire neceſſe habet per punctum.C.Circulum.N.Y.Q .ſecans in arcus ſimiles ar/ cubus.H.M.&.M.Z.Cum ſit linea.K.M.cõmune mediũ ſuperficiebus co/ rum.Applicet igitur.F.cum.M.fiatq; ad punctum.E.ſuper lineam.E.A. An gulus æqualis angulo.M.F.K.qui ſit angulus.A.E.Y. Vnde linea producta in punctum.Y. perueniens arcum.Y.Q .ſimilem arcui.M.Z. demonſtret. Eſt itaq; circulus deſignatus uice circuli qui ſup lineã.T.K.L.æquidiſtans zo diaco cuius diſtantia ab æquinoctiali in quãtitate arcus.G.L.ppetuo latentes circulo recto æquidiſtãtes huiuſmodi ſiſitudine ſecans.Hoc circulo tãq̃ in de ſcriptione figuræ appoſito intelligendũ eſt:ut per.C.&.Y.trãſiens in oppoſito punctũ.O.deprehendat:qua &.D.E.&.E.A.indirectũ ꝓductæ cõcurrant:ca ratione qua.D.H.&.E.G.ad punctum.N.


¶Conducit deinde argumentũ quod Maſlem ſubiũgit addẽtes.D.Z.indire ctum quouſq; ad punctũ.Q .neceſſario pueniat quẽadmodũ &.D.H.in pũ/ ctum.N.puenit:ut quẽadmodũ in ſupradictis deſcriptionibus cõſtant.Sicut circulus cuius diametros.Z.H.circa lineã.Q .N.deſcribit̃ ſic circulus cuius diametros.C.K.L.deſcribi poſſit circa lineam.O.C.Applicet igitur.D.cũ.K. eatq; indirectũ uſq; ad punctũ.R.ſicq; Z.H.indirectũ uſq; ad punctum.P. Procedat a puncto.T.in punctũ.Z.linea æqdiſtãs lineæ.H.P.Diuiſa itaq; eſt igitur linea.C.N.ad ſimilitudinẽ ꝓportionis partiũ æquidiſtantis ſibi.H.D. Quoniã angulus.D.T.X.equalis eſt angulo.D.L.T.Angulus uero.D.T.X. Aequalis eſt angulo.D.P.H.Sunt itaq; pũcta.L.S.T.P.ſupcircũferentiã cir culi locata:Vnde quãta.S.K.in.K.P.ducta tãta.K.T.in.K.L. Exiſtit aũt quã ta.K.T.in.K.L.tanta.K.Z.in.K.H.Aequalis eſt ergo.K.Z.in.K.H.ducta ei quod.K.S.in.K.P.ꝓducit. Vnde ad eundẽ modũ quãta.Q .R.in.R.N.tan/ ta.O.R.in.R.C.Applicent̃ igit̃.R.cũ.Y.eritq; triãgulus.R.E.Y.ſimilis triã/ gulo.K.F.M.cum & angulus apud.F.ſit equalis angulo apud.E.& lineæ eos angulos cõtinentes ꝓportionales.Erũt igit̃ & reliqui eoꝝ anguli æqualis ut cũ rectus ſit angulus.M.K.F.& angulũ.E.R.Y.rectum eſſe cõſequẽs ſit. Aequa lis eſt ergo.Q .R.in.R.N.lineæ.R.Y.in ſeipſam ductæ. Exiſtit autẽ.Q .R. in.R.N.æqualis.O.R.in.R.C.Aequalis eſt igit̃.O.R.in.R.C.lineę.Y.R.in ſeipſam ductæ cũ perpẽdicularis ſit lineę.C.O.Puncta igit̃.Y.C.O.ſupcircũ ferentiã circuli cõſequẽs eſt. Ex his manifeſtũ eſt ꝙ in ſphæra dum ſup idem ſunt centrũ:equidiſtãs recto & æqdiſtãs zodiaco medius mediũ ſecat.Quod qm̃ planicies facere non põt:deſcriptionẽ quã Maſlem ad id monſtrandũ hic interponit nos ſupſedemus ne qd Ptholemaicæ deſcriptionis minuerim ut mi nus cauemus plus apponamus:preſertim cũ nulla cogat neceſſitas.Quod tñ in ipſis eius deſcriptionibus quæ locus exigit imutare:Non Maſlem negligi/ mus:Nec.n.deſperet quiſq̃ quoniã nos quoq; & ea quæ Maſlem interponit: & ex nobis ipſis q̃plurima æque rationabiliter ut illi uiſũ eſt interſerere poſſe/ mus niſi auctorẽ ipſum ut decet caſtigare ualeamus ſequi:ne imoderata eua/ gandi libertas nimię beniuolentiæ uitium incurreret.



SImilis deſcriptionis exẽplo nihilominus concipi poteſt & circulus æqui diſtans zodiaco qui ſupra diametron.D.L.Vt.D.L.ꝓducamus ad lati tudinẽ quã diximus uſq; ad punctum.C. Ducimus deinde a puncto.C. lineam.C.B.perpendicularẽ lineæ.A.E.N.quæ linea in planiſphærio locum optinet circuli cuius diametros.D.L.cũ omnes lineæ rectæ a puncto.D.edu ctæ uice hoꝝ circuloꝝ in eadem ſint planiciæ quæ planicies circuli cuius pla/ niciei atq; planiciei circuli æquinoctialis cõmuni medium.B.C.Y. Planicies quoq; circuli meridiani quæ ſuper lineam.F.D.eadem & ſuper utrãq; illarum planicierum orthogonaliter.

Digitized by Google

¶Addit Maſlem:qm̃ hæc linea recta ſęcat circulū latentē in arcus ſiles arcubus quos recidit in ſphęra corporea.Quod ut planius cōſtet eſto dyametros circuli æqdiſtātis recto ppetuo latentis.Z.F.K.H.eritq; circulus deſcriptus a diſtātia.A.Z.de ppetuo latentibus.Fiat itaq; ſup lineā.Z.H.ſemicirculus eatq; a pūcto.K.linea.K.M.æqdiſtās lineę.E.D.Quēad modū itaq; circulus æqdiſtās zodiaco deſignatus ſup dyametron.D.L.ſęcat in ſphęra circulū latētē ad pūctū.M.in arcus.H.M.&.M.Z.ſic linea.B.Y.circulū.N.Y.Q.in arcus N.Y.&.Y.Q.arcub⁹.H.M.&.M.Z.ſiles cui⁹argumēto applicabit.E.cū.Y.&.F.cū.M.Q m̃ itaq; linea.F.H.æqdiſtans eſt lineæ.N.E.erit quæ ppportio.N.E.ad.E.C.eadē.F.H.ad.F.K.ſed.N.E.æqualis eſt.E.Y.ſicq;.F.H.ęqualis eſt.F.M.Quæ eſt ergo ppportio.E.Y.ad.E.C.eadē.M.F.ad.K.F.atq; angulus.Y.C.E.rectus ſicq; angulus.M.K.F.Siles eſt itaq; triāgulus.M.F.K.triāgulo.Y.C.E.Sic igit̄ & angulus.Y.E.C.ęqualis eſt angulo.M.F.K.Vnde arcum.N.Y.arcui.H.M.ſicq; reſiduū reliquo de ſemicirculis ſiles eſſe cōſequēs eſt.Sęcat itaq; linea.B.Y.circulū.N.Y.Q.in arcus ſiles arcubus quos circulus æqdiſtās zodiaco de circulo latēte reſecat in ſphæra corporea.Amplius cū circulus hic p polū latentē trāſeat in ea planicie polus ille incidit in cuius partem cū planicies poli apparētis incipiat: minime tū uſq; ad polū illū puenit:ſic linea.B.Y.licet in infinitū ptrahat̄ nūq; lineæ.D.G.cōcurret.Ex his manifeſtū eſt q; cōſequēs eſt cū hic circulus æquidiſtās zodiaco p polū circuli recti trāſiēs huic ęqdiſtantē recto mediū ſecet & hūc p zodiaci polū neceſſario trāſire.



HAc itaq; rōne cōuenit in planiſphęrio fieri cōſtitutionē eo⁹ quæ in ſphęra corporea circulo⁹:v3 quo⁹ inuētio cā circuli æquinoctialis q eo⁹ æqdiſtātes ei qui & circuli meridiani:circulo⁹ quoq; inuētio cā circuli zodiaci & qui eo⁹ æqdiſtātes ei Qui ēt horizōtis tūc qdē in huiuſmodi cōſtitutiōe polus æquinoctialis circuli cētri locū obtinet:& ipſi circulo recto & cūctis recto æqdiſtātibus.q̄ rō cogit Septētrionalis eſſe minores.Auſtrales maiores illos quidē decreſcēdo ut in ſphæra:hos uero creſcēdo cōuerſa coire atq; in ſphæra pariter & meridiano⁹ oēs in rectū extendēs.Polus aūt zodiaci neq; ipſi centrū eſt neq; ulli æquidiſtantiū ei:q̄bus id euenit q; unus co⁹ ſine centro eſt.i.linea fit recta.In circulis uero magnis p hūc polū trāſeūtib⁹ aliter:trāſeūtes nāq; p utrūq; polū recte fiūt lineæ:in quibus cētra æquidiſtantiū zodiaco locant̄ minime æqualiū.Vnde in aſſignatiōe ſtellā⁹ utrūlibet fiat poſitio habitudine ad circulū æquinoctialē ſiue habitudine ad zodiacū.In utraq; & æquinoctialē & zodiacū diuidimus.Sed ſi fuerit habitudine ad æquinoctialē diuidemus cū ipſo pariter & æquidiſtātes ei:Si uero in habitudine ad zodiacū cū ipſo etiā æqdiſtātes ei utrūlibet itaq; fiat:poſitionē ſtellā⁹ aſſignat.Certiſſimū aūt iter hęc ut utroq; modo adæquēt̄ quod fit in ſphæra corporea determinatis v3 eis quo⁹ inuentio pp circulū æquinoctialē hi qui pp zodiacū adhibent̄ ad exēplū fiant q̄tū fieri pōt ppinquū Aegypto:Nec eſt neceſſe oīa in planiſphærio exequi:obſeruatis tm̄ circulis trāſeūtibus gradus binos uel ternos aut ēt ſenos ī poſitioni ſc3 mediocri qui numeri cōes trigenis v3 gradib⁹ ſigno⁹ atq; 24.fere diſtātię gradibus qui inter æquinoctialē & utrūq; punctū tropicū quouſq; incidant cū ipſis circulis tropicis:& cū circulis meridianis ſigna diſtinguentibus.

Explicit Planiſphærium Ptholemæi recognitum diligentiſſime a Marco Beneuentano Monacho Cæleſtinorum quod antea in multis etiā antiquis exemplaribus latinis corruptiſſimum repe/riebantur. Nec nō Claudii Ptholemæi a plurimis uiris utriuſq; linguæ doctiſſ.emendatū cum multis additionibus Romę No/uiter impreſſum per Bernardinū Venetū de Vitalibus. Expēſis Euāgeliſta Toſino Brixiano Bibliopola.Impante Iulio.II.Pont. Max.Anno.III.Pōtificatus ſui.Die.VIII.Septēbr.M.D.VII.

Digitized by Google

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

VNIVERSIS ET SINGVLIS AD QVOS PRAESENTES PERVE/ nerint:Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum multis in cauſis bonorum ho/ minum ingenia:uirtuteſq; ſolemus iuuare:tum maxime quæ in ſtudiis boniſq; litteris uer/ ſantur:& publicæ utilitati operam impendunt:auxilium & fauorem libenter præſtamus: Hinc eſt q; cum dilectus filius Euangeliſta Toſinus Laycus Brixieñ. Dioceſis in Vrbe hac alma noſtra:iam integrum decemnium aſſiduus Bibliopola ad communem ſtudioſoꝝ om/ nium utilitatem:Coſmographiam Ptholemæi:uariis Codicibus undecũq; quæſitis:docto/ rumq; uirorum ſollerti iudicio adhibito emendatam:ac Tabellis quibuſdam nouis inco/ gnitas ipſi Ptholemæo prouincias:poſituramq; noſtræ ætatis totius fere orbis terraꝝ con/ tinentibus auctam formis excudere:Quingentiſq; Voluminibus impreſſis publicare ſta/ tuerit:inq; ea re magnos ſumptus:laboreſq; fecerit:ac propterea uereatur:ne ſurgente inui/ dia:emulationeq; excitatũ aliqui ſumpto de eius Operæ exemplo ad eandem formam im/ primant:deq; eius inuento ac labore nouum ſibi lucrum quęrant:Pro parte ipſius Euange/ liſtæ Nobis fuit humiliter ſupplicatum:ut eius indemnitati opportuno remedio prouidere dignaremur:Nos huiuſmodi ſupplicationibus inclinati:ut ingenia ad plura melioraq; in dies inuenienda excitentur:libriq; ſublata omni emulatione diligentius impreſſi & emen/ dati prodeant:omnibus & ſingulis ubicunq; exiſtentibus librorum impreſſoribus: aucto/ ritate Apoſtolica:tenore præſentium ſub excommunicatione pena diſtrictius inhibemus: ne Prædictum Coſmographiæ Ptholemæi Opus ad eam formam:modumq; (Quem di/ ctus Euangeliſta fecerit per ſpatium ſex annorum a Data præſentium computandum:uel donec dicti libri uenditi fuerint) imprimere:uendere:uel imprimi facere: quouis quæſito colore preſumant:Decernentes quaſcunq; Perſonas:Cuiuſcunq; gradus:ſtatus:ordinis:uel conditionis exiſtant:ſi contra præmiſſa aliquid forſan attemptare præſumpſerint excom/ municationis ſententiam incurriſſe:& incurrere ipſo facto:ad omneſq; expenſas:damna: Iacturamq; dicti Euangeliſtæ teneri:quæ in quibus uis iudiciis ab ipſo Euangeliſta ſum/ marie ſimpliciter & de plano omni ſtrepitu & figura iudiciaria ceſſante:in uim uirtutemq; præſentium noſtrarum litterarum peti:exigiq; poſſint:Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis:cæteriſq; contrariis quibuſcunq; & ne hac noſtra benignitate Idem Euangeliſta aliquo forſan tempore precium dictorum librorum ſupra q̃ deceat:ſta/ tuendo abuti poſſit: Volumus autem quod dicti libri nullatenus uẽdi poſſint niſi Dilectus fili⁹ Thomas Phœdrus Canonicus Lateraneñ. Bibliothecarius & familiaris noſter:de cuius fide plenam in Dño fiduciam obtinemus: iuſtum precium impoſuerit:iuxta cuius deter/ minationem uendi debeant. Datam Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſca/ toris. Die. XXVIII Iulii. M.D.VI. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

F. Caſtilioneus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Incipit Regiſtrum ſuper Tractatum de tribus orbis partibus. Ac uariis naturis hominum: portentoꝝ Tranſformatoꝝ: Nec nō de diuerſis fluminibus aquarum Inſularum & montium.

E tribus partibus orbis.Cap.1.
d De Aſia & eius capite.Cap.2.
De India & eius mirabilib⁹.Ca.3.
De cæteris aſiæ regionibus.Ca.4.
De eodem.Cap.5.
Adhuc de eodem.Cap.6.
Iterum de eodem.Cap.7.
De aſia minori & eius prouinciis.Cap.8.
De europa & eius regionibus.Cap.9.
De græcia & eius prouinciis.Cap.10.
De eodem.Cap.11.
De cæteris europæ prouinciis.Cap.12.
Adhuc de eodem.Cap.13.
De Aphrica & regionibus illius.Cap.14.
Iterum de eodem.Cap.15.
De inſulis oceani quo cingitur orbis.Cap.16.
De eodem.Cap.17.
De inſulis maris magni mediteranei.Cap.18.
De cicladibus inſulis.Cap.19.
De cæteris inſulis magni maris.Cap.20.
Adhuc de eodem.Cap.21.
De ꝓmūctoriis uel ꝓmontoriis.Cap.22.
De montibus.Cap.23.
De ciuitatibus.Cap.24.
De uentis.Cap.25. &.59.
De diuerſitate aquarum.Cap.26.
De oceano.Cap.27.
De mediterraneo mari.Cap.28.
De ſinibus maris.Cap.29.
De æſtibus & fretis.Cap.30.
De lacis & ſtagnis.Cap.31.
De Abyſſo.Cap.32.
De fluminibus.Cap.33.
De diluuiis.Cap.34.
De partibus geminis & mōſtruoſis.Cap.35.
De portentis.Cap.36.
De uariis portentoꝝ modis.Cap.37.
De portentis uel monſtris fabuloſis.Cap.38.
De tranſformatis.Cap.39.
De quorūdam uiroꝝ miris ac ſingularibus naturis.Cap.40.
De quibuſdam mulieribus barbaricis & monſtruoſis.Cap.41.
De quorundam utriuſq; ſexus corporibus immenſis.Cap.42.
De gētibus mōſtruoſis & primo de gigātibus & cinocephalis.Cap.43.
De ciclopedibus ac cæteris.Cap.44.
Adhuc de eodem.Cap.45.
De quarūdā gētiū moribus extrancis. Cap.46.
Adhuc de eodem.Cap.47.
De barbaris moribus indoꝝ.Cap.48.
De moribus ſingularibus cæterarum regionum.Cap.49.
De linguis gentium.Cap.50.
De gentium uocabulis.Cap.51.
De mūdo & eius nomine.Cap.52.
De quinq; circulis mundi.Cap.53.
De partibus terræ.Cap.54.
De quattuor partibus cęli.Cap.55.
De circulis cęli.Cap.56.
De menſuris.Cap.57.
De itineribus.Cap.58.
De uentis.Cap.59. &.25.
De ſignis tempeſtatis & ſerenitatis.Cap.60.
De monte ætna.Cap.61.

Digitized by Google

DE LOCIS AC MIRABILIBVS MVNDI. ET PRIMO DE TRIBVS ORBIS PARTIBVS.

ACTOR. CAP. .I.

QVONIAM VT AIT Augustinus Deus in cõmutabili æternitate uiuẽs: creauit oĩa simul ex quibus currerent tempora & implerent loca: ipõrũq; loca motibus uoluerẽtur sęcula. Isidorus in li. ethimo. 14. In tres enĩ partes orbis non equaliter diuisus est. Nam asia a meridie per oriẽtem usq; ad septẽtrionem peruenit. Europa uero a septẽtrione ad occidentem Et inde aphrica usq; ad meridiem. Sicq; mediũ orbẽ sola tenet asia: mediũ uero europa & aphrica. Quæ ideo duę factæ sunt ꝙa inter utrũq; ab oceano mare magnũ ingredit: qđ eas intersecat.

De asia & eius capite quod est paradisus. CAP. .II.

ASia ex nomine cuiusdam mulieris est appellata: quæ apud antiquos imperium tenuit oriẽtis. Hac in tertia orbis pte dispositа ab oriẽte solis ortu. A meridie mare indico. ab occidẽte nostro mari finitur. A septẽtrione meotide lacu & tanay fluuio terminatur. Habet autem prouincias multas & regiones quarum breuiter nomina & situs expediam sumpto initio a paradiso. Paradisus locus est in oriẽtis partibus cuius uocabulũ ex græco in latinũ uertitur ortus. Porro hebraice edẽ dicit: qđ in linguã nostram deliciæ interptat: quod utrũq; iũctũ: facit ortũ deliciarũ. Est enim oĩum genere ligni & pomiferarũ arborũ cõsitus habẽs ẽt lignũ uitæ. Nõ ibi frigus: nõ estus: sed ppetuæ aeris tẽperies. E cuius medio fons ꝓrũpens totum nemus irrigat: diuiditurq; in quattuor nascẽtia flumina: cuius loci post peccatũ hoĩs: aditus est intercluſus. Septus enim est undiq; rumphea flãmea id est muro igneo accinctus: ita cũ eius ut cælo pene iungatur incẽdium. Cherubin quoq; idest angelorũ præsidiũ arcendis spiritibus malis sup rumpheæ flagrantia ordinatum est: ut homines flãmæ. angelos uero malos cherubin submoueant: ne cui carni uel spiritui transgressionis aditus pateat.

De india & eius mirabilibus. CAP. III.

INdia ab indo flumine dicta est quo ex pte occidẽtali clauditur. Hæc a meridiano mari porrecta usq; ad ortũ solis & a septentrione usq; ad montẽ caucasum puenit: habẽs gentes multas. & oppida: insulã quoq; taprobanam gẽmis auro & argẽto fecũdas: tylẽ quoq; arborẽ foliis nũquã carẽtẽ. Habet & fluuios gangẽ & indũ illustrantes indos: Terra indię fououii spiritu saluberrima ĩ anno bis metit fruges: uice hiemis ethesias patitur. Gignit autẽ tincti coloris hoĩes. Elephãtes ĩ gẽtes monocerõ bestiã Psitacõ auẽ. Ebenũ quoq; lignũ & cinamomũ pip: & calamũ. Mittit ebur. lapides quoq; ꝓcios os: berillos: crisopassos: adamãtẽ: carbũculos ligites: margaritas: & uniones: quibus nobiliũ feminarũ ardet ãbitio. Ibi sũt & montes aurei quos adire pp dracões & griffones: & ĩmẽsorũ hoĩum mõstra ĩpossibile ẽ. Parthia ab indiæ finibꝰ usq; ad mesopotamiã generaĺr noĩat. Propter inuictã. n. uirtutẽ pthorũ. & assyria & reliquæ ꝓxiæ regiones in eius nomẽ trãsierũt. Sũt. n. in ea arachosia. pchia. assyria. media. psia: aria. carmania. gedrosia. quę regiones inuicẽ sibi cõiũctæ iniciũ ab indo fluminæ sũmũt Tigri claudũtur: locis mõtuosis & aspioribus. Sũt. n. inter se finibꝰ suis distrete: noĩa a ꝓpriis auctoriba in trahẽtes Arachosia ab oppido suo nũcupata. Solinus Tradũtur in india fuisse quinq; milia oppidorũ ꝑcipua capacitate populorũ. Diu ẽt credita est esse tertia pars terrarũ. Nec mirũ sit uel de hoĩum: uel de urbiũ copia: cũ soli indi nũq; a natali solo recesserint. Indiã liber pater ingressus est: utpote qui indis subactis oĩum primus triũphauit. Maximi in ea amnes ganges & indis. Minima gangis latitudo ꝓ octo milia passuũ. maxima p. 20. patet. Altitudo uero ubi uadosissimus est mẽsurã cẽtũ pedũ deuorat. In gange insula est populosissima ampliſſimã continens gentẽ. Quorũ rex quinquaginta milia peditum: equitũ quinquaginta quattuor milia in armis habet. Omnes sane qui cũq; sũt prædiți regia potestate: nõ sine maximo elephantorũ equitũ ẽt peditũ quoq; numero militarẽ agitant disciplinã. Parsia gens ualidissima palibotrã urbem incolunt. Vnde quidam gentẽ ipsam palibotras noĩauerũt. Quorũ rex septẽcena milia peditũ: equitum triginta milia: elephantorũ octo milia omnibus diebus ad stipendium uocat. Vltra palibotrã mons uxentus est: in quo urbe hyme & septentriones estate in austros cadũt uicissitudine: hac durante sennis mensibus. Septẽtriones in eo tractu in ãno semel nec ultra .15. dies parent. Sicuti actor est bethon: qui perhibet hoc in pluribus Indiæ locis euenire. Indo flumini proximantes uersã ad meridiem plaga ultra alios torrentes habent colores: deniq; uim sideris prodit hominũ color Mõtana pigmei te-

Digitized by Google

nent.At hi quibus uicinus est oceanus sine regi/ bus degũt Pandea gens a feminis regitur:cui re ginam primam assignant hercules filiam.In in/ dia sunt monstra diuersa generis serpentes enor mes:leucrocota:ealæ thauri mirabiles:mantico/ ra:monoceros:anguillæ tricenorum pedum:po/ maria.60.passuum : harundines imense: & alia plura mirabilia.

De cæteris asiæ regionibus. Cap. IIII.

Arthiam parthi ascithia ueniẽtes eãq; p ex suo nomine uocauerũt regna in ca .18.sũt porrecta a caspio littore ad ter ram scitharum Assyria uocata est ab assur filio sem : qui eam post diluuium regionem primus incoluit . In hac regione primum usus inuen/ tus est purpure.Inde primum crinium & corpo rum unguẽta uenerunt:& odores quibus roma/ norum atq; græcorum effluxit luxuria.Media & persia a regibus medo & perso cognominate sunt:qui eas prouincias debellando aggressi sũt Huius terra medicam arborẽ gigni : quam alia regio minime parturit.In persia primum orta ẽ ars magica ad quam nemroth gygas post confu sionem linguarum abiit:ibiq; persas ignem cole re docuit.Nam omnes in illi partibus solem co/ lunt:qui ipsorum lingua el dicitur . Mesopota/ mia græcam ethymologiam possidet:quot duo/ bus fluuiis ambiatur.Nam ab oriẽte tygrim ha bet.Ab occidente eufraten.Incipit autẽ a septẽ/ trione inter mõtem taurum & caucasum:cuius a meridie sequitur babylonia.deinde caldea:no uissime arabia:quæ inter sinum persicum : & si/ num arabicum augusto tractu terræ orientem uersus extenditur Babylonie regionis caput ba/ bylon urbs est aquæ & nuncupata tam nobilis ut caldea & assyria & Mesopotamia in eius no/ men aliquando trãsierunt.Arabia est appellata: id est sacra : hoc enim significare interpretatur: eo quod sit regio turiferos odores creans . Hinc eam græci eudemon nostri beatam nominaue/ runt. In cuius saltibus mirrha & cinnamomum prouenit Ibi nascitur auis fenix. Sardonis gem ma & hyris melotides & pedetora:ibi inuenitur ipsa est & saba appellata a filio chus qui nuncu/ patus est saba.Hęc autẽ ut prędiximus augusto terræ tractu ad orientem uersus ad persicum si/ num extenditur:cuius septẽtrionem caldea clau dit:occasum sinus arabicus.

Iterum de eodem. Cap. V.

Iriam syrus quidam perhibetur indi/ s gena suo uocabulo nuncupasse hęc ab oriente fluuio eufrate. Ab occasu no/ stro mari & ægypto terminatur.A septentrione armeniã & capadociam.A meridie sinum ara/ bicum.Situs eius porrectus in immensam lon/ gitudinem.in latu angustior : habet autem in se prouincias commagenam:& feniceam:& pale/ stinam cuius pars est iudæa : absq; sarracenis & nabatheis.Commagena est prima prouincia sy rie:uocabulo commage urbis nuncupata : quæ quondam ibi metropolis habebatur.Huius est a septẽtrione capadocia Ab ortu mesopotamia A meridie syria Ab occasu mare magnum Fe/ nix catheni frater de thebis ægyptiorum in sy/ riam prouectus apud sydonem regnauit. eamq; prouinciam ex suo nomine feniciam appellauit Ipsa est ubi est tyrus ad quam ysaias loquitur: habet autem arabiam Ab oriente mare rubrum A meridie Palestina prouincia:philistim urbem metropolim habuit quæ nunc dicitur ascalon ex qua ciuitate omnes circa eam regio palestina est nuncupata : huius ab oriente mare rubrum oc/ currit.A meridiano latere iudęa excipitur.A se/ ptentrionali plaga tyriorum finibus clauditur. Ab occasu ęgyptio limite terminatur.Iudæa ex nomine iude est appellata ex cuius tribu reges habuit.Hæc est palestina regio quæ prius cana na dicta est a cham. siue a decem chananeorum gentibus quibus expulsis eandem terram iudei possiderunt.Initium longitudinis eius a uicu ar fa usq; ad uicum iuliadem porrigitur:in quo iu dæorum pariter ac tyriorum communis habita tio est.Latitudo autem eius a monte libani usq; ad tiberiadis lacum extenditur.In medio autem iudeæ ciuitas hierosolyma est : quasi umbilicus est regionis totius.Terra est uariarum opum di ues:frugibus fertilis:aquis illustris:opima balsa mis.Vnde secundum elementorum gratiam exi stimauerunt iudæi eam promissam patribus ter ram fluentem lacte & melle : cum hic illis Deus resurrectionis prærogatiuam polliceretur.Sa/ maria regio palestine ab oppido quodam nomẽ accepit:quod uocatur samaria:ciuitas quõdam regalis in israel.quæ nunc ab augusti nomine se basta nuncupatur . Hæc regio inter iudeam & galileam media iacet:incipiens a uicu cui nomẽ est eleas: deficiẽs in terram attrabato.Situs eius natura consimilis.nec ullo differens a iudea Ga/ lilea regio palestine uocata est quod gignat can didiores homines:quam palestina . Hæc autem est duplex:superior & inferior sibi tamen conne xe:syriæ & fenici adherentes: Terra earum opi/ ma & ferax & fructibus satis fecunda.Pentapo lis regio in confinio arabiæ & palestinæ sita est.

Digitized by Google

Dicta a quinq; ciuitatibus impiorum a hieroſo
lymis olim uberrima: nunc autem deſerta atque
exuſta. Nam pro ſcelere incolatum de cælo de-
ſcendit ignis qui regionem illam in cineres æter
nos diſſoluit. cui⁹ umbra & ſpecies in fauillis &
arboribus ipſis etiam adhuc uidentur. Naſcun-
tur enim ibi poma uirentia ſub tanta ſpecie ma
turitatis: ut edendi deſiderium gignāt: ſi quæ car
pas fatiſcunt ac reſoluuntur in cinerem: fumum
exalant quaſi adhuc ardeant.

Adhuc de eodem. Cap. VI.

g Abathea a filio hyſmael eſt nuncupa-
ta. Iacet autem inter iudeam & arabi-
am & ſurgens ab eufrate in mare ru-
brum porrigitur & eſt pars arabie. Egyptus quę
prius erea dicebat: ab ęgypto danai fratre poſt-
ea ibi regnante nomen acccepit. Regio cæli im-
bribus inſueta: & pluuiarum ignara. Nilus ſo-
lus eam circūfluens irrigat: & inundatione ſua
fecundat. Vnde & ferax frugibus multam par-
tem terrarum frumēto alit cæterorum quoq; ne
gociorum adeo copioſa: ut impleat neceſſariis
mercibus etiam orbem terrarum. Finis ægypti
canopia a canope Menelai gubernatore ſepulti
in ea inſula: quæ libie principium: & hoſtium ni
li facit. Helinandus Plato tradit in ægypto nun-
quam pluiſſe. Iſidorus. Seres oppidum eſt orien
tis a quo & genus ſericum & regio nuncupata
eſt. Hæc a ſcitico oceano & mari caſpio ad oc-
ceanum orientalem inflectitur: nobilibus frondi
bus fertilis: e quibus uellera decerpuntur quæ cę
terarum gētium populis ſeres ad uſum ueſtium
uendunt. Bactriane regioni proprius amnis ba-
ctrus uocabulum dedit. Partes eius quæ planæ
ſunt paropaniſis mōtibus iugis ambiuntur quæ
aduerſe ſunt indi fluuii fontibus terminatur: re-
liquæ includit occus fluuius. Mittit bactria for
tiſſimos camelos nunquam atterentes pedes. ſci
thia ſicut & gothia a magot filio iaphet fertur co
gnominata. Cuiuserra olim ingens fuit. Ex qui-
bus quædam agros incolunt: quædam porten-
tuoſe ac truces carnibus humanis & eorum ſan-
guine uiuunt Scithie plures terrę ſunt locuple-
tes inhabitabiles tamen plures. Nam dum im-
pleriſq; locis auro & gemmis affluāt grifforum
immanitate: acceſſus hominum rarus eſt: & ſma
ragdis tamen opima hęc patria eſt. cineus quoq;
lapis & criſtallus puriſſimus ſcythie eſt. Habet
& flumina magna faſidem oſſtoq; atq; araxem.

Iterum de eodem.

CAP. VII.

Ircania dicta eſt a ſilua hircana quæ
h ſcythię ſubiacet. Eſt autem ſiluis aſpe
ra. copioſa immanibus feris. tygribus
panteribuſq; & pardis. Vnde. Virgilius: Hirca-
neq; admonent ubera tygres. Albania eſt a can-
dore populi nuncupata eo quod albo crine na-
ſcantur. Huic terre canes ingentes ſunt tanteq;
feritatis. ut tauros præmant. leones perimāt. Ar
menia uocata eſt ab armeno iaſoni theſſali co-
mite. qui amiſſo rege iaſone. collecta multitudi-
ne eius quæ paſſim uagabatur. armeniam cępit.
& ex ſuo nomine nuncupauit. Sita eſt autem in
ter taurum & caucaſum. a capadocia uſq; ad ca
ſpium mare protenſa. Habens a ſeptentrione ce
raunios montes. ex quorum collibus tigris fluui
us naſcitur. & in quibus montibus archa poſt
diluuium ſediſſe perhibetur. Duplex eſt autem
armenia. ſuperior & inferior: ſicut duæ pānonię.
Hiberia regio eſt Aſiæ prope pontum armeniæ
iuncta. In hac herbe tincture utiles naſcuntur.
Capadocia urbs propria nominauit hæc in capi
te ſyrię ſita. Terra eius ante alias nutrix eſt equo
rum. Elis amnis per eam fluit qui quódam lidię
regna diſiunxit a perſis.

De Aſia minori & eius prouinciis.

CAP. VIII.

Sia minor Ab oriente capadocia cin-
a gitᵗ. Ab aliis partibus undiq; mari cir-
cundatur. Nam a ſeptētrione pontum
euxinum habet. Ab occaſu propontidem. A me
ridie egeum mare. habet prouincias: bitiniam:
frigiam: galaciam: liddiam: cariam: Pamphiliā:
iſauriam: liciam: atq; ciliciam: Bithinia in ponti
exordio ad partem ſolis orientis aduerſa tracia
iacet. multis antea nominibus appellata. Nam
prius bericia dicta: deinde migdonia: mox a bi-
thinio rege bithinia nuncupata eſt. Ipſa eſt ma-
ior frigia. Nicomedia urbs in ea eſt ubi hanibal
fugiens ueneni hauſtu animam expirauit. Gala
cia dicta eſt a priſcis gallorum gentibus a qui-
bus extitit occupata. Nam galli in auxilium a re
ge bithinie euocati regnum cum eo pacta uicto
ria diuiſerunt. ſicq; deinde græcis admixti pri-
mum gallo græci. nunc ex antiquo gallorum no
mine gallathe dicuntur. & eorum regio gallatia
nūcupatur. Frigia dicta eſt a frigia europis filia.
Hæc eſt dardania: a dardano iouis filio dicta: de
quo Homerus ait. Quem primus genuit celeſti
Iuppiter arce. Hic enim profectus de corintho
ciuitate primus uenit in frigiam. Eſt autem re-
gio troadis ſubiecta. Hui⁹ regio troia eſt: quam
ex ſuo nomine eppellauit tros troianoq; rex ga-

Digitized by Google

nimedis pater.Duæ ſunt autem frigie.maioꝛ & minor Maior frigia ſmirnam habet.Minor uero ilium:licaoniam:Cariam geremus fluuius diſcernit a friga Liddia ſedes antiqua regnorum quam pactoli unde extulit in diuitias torrentibus aureis:hæc antea meonia dicebatur.Quæ dum pro breuitate duos fratres reges liddum & tirrenum ferre non poſſet:hinc ex ſorte tirrenus cum ingenti multitudine profectus : loca gallie occupauit & tirrenam nominauit. Liddia autē a lido rege fratre qui in prouincia remāſerat cognominata eſt.Coniungitur autem minori frigiæ ab occidente.Ab ortu ſmirnam urbem habet quam elles fluuius cingit:cuius campos pactolus & geremus circūfluunt harenis aureis ditiſſimi.Pamphilia cilicie ſociatur : cuius ultima phaſelis.de hincq; liconia quæ ab illa parte quæ galatia continua eſt habet ciuitates quattuordecim.Iſauria ex ſitu loci perhibetur cognominata quod undiq; aperta aurarum flatibus pateat. Metropolim urbem ſeleutiam habet Cilicia a cilicie quodam nomen traxit:quem ortum fenice dicunt antiquioremq; Ioue fuiſſe aſſerunt.pluri ma iacet campis:recipiens ab occiduo liciam.A meridie mare creticum. A tergo montis thauri iuga:hanc ciduus amnis interſecat matrem urbium habet tharſum.In ea & choriſcos oppidū eſt:unde crocum plurimum & optimum uenit ſpiramine flagrantiori & colore aureo Licia nūcupata quod ab oriente adiuncta cilicie ſit.Nā habet ab ortu ciliciā.Ab occaſu & meridie mare.A ſeptentrione cariam : ibi eſt mons cadinus qui nocturnis eſtibus ignem exalat:ſicut in ſicilia ethna & ueſenus in campania.

De europa & eius regionibus.

CAP. VIIII.

Poſt Aſiam ad europam ſtilus uertendus eſt . Europa quippe agenoris libie regis filia fuit:quam Iouis ab Aphrica raptam cretam aduexit:& partem tertiam orbis ex eius nomine appellauit.Iſte autem eſt agenor libye filius ex qua & Aphrica fertur cognominata . Vnde apparet prius libye accepiſſe uocabulum.Poſtea europam.Europa autem in tertiam partem orbis diuiſa . Incipit a flumine tanay deſcendens ad occaſum . Per ſeptentrionalem oceanum uſque ad fines hyſpanie:pars orientalis & meridiana a ponto conſurgens tota mari magno coniungitur:& in inſulis gades finitur.Prima europæ regio eſt ſcythia inferior : quæ a meotidis paludibus incipiens inter Danubium & oceanum ſeptentrionalem uſq; ad germaniam porrigitur. Quæ teara generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur . Huius pars prima alania eſt:quæ ad meotidas paludes pertingit.Poſt hanc dacia ubi:& gotia . Deinde germania ubi plurimam partem ſueui incoluerunt.Germania poſt ſcythiam inferiorem a danubio in terrenum fluuium oceanumq; concluſa : cingitur a ſeptētrione & occaſu oceano.Ab ortu uero danubio a meridie rheno flumine diri mitur terra diues uirum ac populis numeroſis & immanibus . Vnde & propter fecunditatem gignendorum populorum germania dicta eſt. Gignit aues hyrcanias:quarum penne nocte per lucent. Viſontes quoq; feras:& urſos atque alces perturit.Mittit & gemmas criſtallum & ſuccinum callaicum quoque uiridem : & ceraunium candidum.Duæ ſunt germanie : ſuperior iuxta ſeptentrionalem oceanum.Inferior circa renum Prouinciæ autem ſunt quas danubius a barbarico ad mediterraneum mare ſecluſit. prima eſt myſia a myſſium prouentu uocata:unde & eam ueteres cæteris horreum uocabant.Poſt myſiam autem pannonia eſt.Inde noricus ager frigidus & parthius fructuoſus:poſt quē rethicus feraxs frugibus:qui excipit galliam belgicam Thracie trax iaphet filius ueniens nomen dediſſe perhibetur : alii a ſeuicia incolarum thraciam appellatam dixerunt. Cuius regionem olim diuerſarum gentiū populi Maſſagethæ.Sarmatæ.Scythæ: & alie plurime nationes incoluerunt. Ampla eſt enim . Ideoq; plurimos continuit gentes.Ebrum fluuium thraciam fundit : qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit.

De græcia & eius prouinciis.

CAP. X.

Græcia a græco rege dicta eſt qui eunctam illam regionem incoluit:

g Sunt autem prouinciæ græcie ſeptem.Quarum prima eſt ab occidente dalmacia.Deinde epyrus Inde ellades Inde theſſalia. Inde macedonia . Inde achaya.Et duæ in mari.creta.& ciclades.Illiricus autem generaliter omnis grecia eſt.Dalmatia a delmi maxime eiuſdem prouinciæ ciuitate traxiſſe nomē exiſtimatur.Epirus a pyrro Achillis filio dicit: cuius pars caonia quæ ante molloſa dicta eſt a Molloſo filio Pyrri quem de Andromacha habuit.Sed poſtquam occiſus eſt pyrrus oreſtis in fidiis.Andromacham helenus ſuſcepit tenuitq; regnum præuigni qui ſucceſſerat patri . A quo molloſa dicta eſt pars epyri:quam helenus poſt/

Digitized by Google

ea a fratre Caone quem in uenatu per ignoran/ tiam dicitur occidisse:Caoniam nominauit qua si ad solacium fratris extincti.Ellades dicta est a rege ellana deucalionis & pyrre filio:a quo & pri us græci ellenes nuncupati sunt. Ipsa est attica terra atte prius dicta.Nam granus quidam græ eiæ indigena fuit ex cuius filia attis nomine atti ca terra uocata est. Hæc iter macedoniã & acha yam media iacet:archadie a septẽtrionali parte coniuncta.Ipsa est & uera græcia:ubi fuit athe/ ne ciuitas mater liberalium litterarum & phi/ losophorum nutrix.qua nihil habuit græcia cla rius atq; nobilius. In ea est & marotonius cãpus opinione quondam prœlii cruentissimus.Ella/ des autem duæ sunt prouincię boecia & pelopo nesus.Boetia autem dicta est hac ex causa dum cathinus agenoris filius europam sororem a Io/ ue raptam ex præcepto genitoris quereret: nec reperiret:patris iram formidans confirmato ani mo elegit exilium. Nã bouis forte sequutus ue/ stigia amplexus est sedem ubi illa recubauerat: sicq; locum de nomine bouis boetiam nomina/ uit.ubi & thebas urbem construxit:in qua olim ciuilia bella detonauerunt:& ubi nati sunt apol/ lo & hercules maior ille rhebanus.Eadem est eo/ nia uocata a fonte quodam Apollini & musis consecrato: qui in eadem Boetia est. Pelopone/ sus uero secunda pars elladis a pelope rege atti/ ce uocata est.

Iterum de eodem.

CAP. XI.

t Hessalia a Thessalo rege dicta est: quæ ad meridianam plagam ma/ cedonia coniuncta est.Cuius ater/ go epyrus est.Multa sunt in thes/ salia flumine & oppida.inter qua præcipue thes salonica.Ibi est & mons parnasus quondam ap/ pollini consecratus.Thessalia patria Achillis & origo iaphitarum fuit:de quibus fertur quod hi primo equos frenis domuerunt:unde & centau/ ri dicti sunt.In thessalia primum solidi aurei fa/ cti sunt:domandorum quoq; equorum usus pri mum repertus est. Macedonie in exordio ab emathio rege emathie nomen erat: sed macedo deucalionis maternus nepos postquam ibi acce pit principatum:mutauit uocabulum Macedo, niamq; a suo nomine dixit.Patria Alexãdri ma gni:& regio aureis uenis argentiq; opima lapi/ dem quem piritẽ uocant ista gignit:mons olim/ pus in ea est qui excellenti uertice tantus attolli/ tur:ut in cacumine eius nec nubes nec uenti sen/ tiantur. Achaia ab Acheo rege & urbs ex pro/ uincia appellata est.hæc pene insula est. Huius caput est urbs corithus.græciæ decus Ennius est achaie fluius.Archadia uero sinus achaie est: ut platani folium inter ionium & egeum mare ab euro exposita:quam archas ionis & caliste filius pelasgis in deditionem redactis ex suo nomine archadiam nuncupauit.Ipsa est & sicionia a si/ cione rege a quo & regnũ sicioniorum est dictũ. Habet autem archadia fluuium magnum euro tum: abeston quoq; lapidem qui semel accensus nunquam extinguitur. Candidissime ibi etiam merule nascuntur.

De cæteris europæ prouinciis.

Cap. XII.

P Annonia ab Alpibus apenninis di cta est quibus ab Italia secernitur regio fortis & solo leta Duobus sa tis acerbis fluuiis daro.sanoq; ual/ lata est. Cõiungitur autem cum norico & theia. Hystriam hyster amnis uocauit qui eius terram influit.Ipse est Danubius:habet autem hystria a septentrione pannoniam. Actor. Pannonia eu/ ropæ est prouincia quæ ab huius quondam oc/ cupata ab eodem populo hungari uulgariter est uocata:quæ duplex est secundum Orosium.su/ perior & inferior.Inferior quidem est in ulterio/ ri Dacia iuxta Meotides Paludes constituta:a/ quam huni uenationes gratia primitus exeun/ tes: perlongissima paludum & terrarum spacia & ceruorum & bestiarum uestigia insequentes; tandem solum pannonie inuenerunt:qui reuersi ad propria collecta agmine in pannoniam redie runt & expulsis incolis a primeua sua origine no men genti & patrie indiderunt.Isidorus.ubi su/ pra Italia olim a græcis populis occupata ma/ gna græcia appellata est. Deinde a regis nomi/ ne saturnia mox & latium dicta: eo quod idem saturnus a Ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit. Postremo ab Italia siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est. Cuius situs longitudine amplius quam latitudine a circio in eurum ex/ tenditur. A meridie tyrreno mari. Ab aquilone adriatico clauditur:terra omnibus in rebus pul/ cherrima soli fertilitate pabuli ubertate gratissi/ ma.Habet laicus uenacum:auernum atq; lucri/ num:fluuios eridanum.tyberim.& tepentes fon tibus baias.Gignit gemma sittitem:corrallium: & ligurium.Boam quoq; serpentem:lincem fe/ ram:& diomedias aucs.Italia autem & hispania iccirco hesperie dictæ sunt quod græci hespero stella nauigent in italiam & in hispaniam.Q uę hac regione discernuntur: aut hesperiam solam

Digitized by Google

dicis:& significans italiam aut addis ultimam: & significas hiſpaniam:quæ in occidentis eſt fine.Actor.Inter omnes autem europæ regiones occidentales italia obtinet principatum.Inſulas enim habet nobiles & portus maris inſignes.prouincias cunctis diuiciis locupletes,Ciuitates populoſiſſimas.Eſt autem contra ſeptentrionem altiſſimis alpibus circundata & montium iugis. ex quibus oriuntur flumina.Rhenus:Danubius:Rhodanus:& Secana.Iſidorus.Tuſcia pars eſt italie : umbria uero pars Tuſcie,Actor.Tuſcia italiæ eſt prouincia inter ligure & romanorum territorium collocata quæ difficilibus montium iugis & acceſſibus locorum ualde altis & artis fortiſſime eſt munita . A thuris frequentia dicta.Nam in illis partibus in mortuorum exequiis antiqui thura cremare & offerre religionis & deuotionis gratia ſolebant & ſuos mortuos affectu lacrimabili deplangebant . Thura etiam in aris deo potiſſime incendebant : quia ut dicitur in tuſtia ars auruſpicum primitus eſt reperta . Hæc & emilia fuit primitus nominata ; habens inclitas & nobiles ciuitates ab occidente contra liguriam habet piſanam & ſenes lucam: florentiam.Contra ſeptentrionem urbem uetorem.contra orientem aretium.contra meridiem turthonam perufium:& aſſiſſium quæ uali ſpoletani ſunt contigue & uicine.habet Ab oriente mare adriaticum:& marchiam . A meridie tyberim ripam & romam. Ab occidente Mediolanenſem.liguriam . A ſeptentrione Romaniolam & prouinciam Paduanam. Iſidorus . Vmbria uero ut hyſtoriæ narrant ab eo quod tempore aquoſe cladis imbribus ſuperfuerit. & ob hoc umbria græce cognominata eſt. Eſt enim iri iugis appenninj montis ſita in parte italiæ iuxta meridiem. Etruria pars eſt italiæ dicta quod eius fines tendebantur uſque ad ripam tyberis: quaſi altero ſoroy. Nam alter oys ſignificat altera.ſoroy finis uocatur.Romæ enim fines antea una tantum tyberis ripa tenebat:hæc & thuſcia Tuſcia autem a frequentia ſacrificii thuris dicta eſt allotho iethice : illic & aruſpiciam dicunt repertam Apulia eſt ubi brunduſium quã theoliolim ſecuti Diomedẽ ducẽ condiderũt.Actor. Apulia eſt regio maritima in italia quæ pars eſt europæ ab inſula ſicilię per maris brachiũ ſeparata:terra ſi quidem eſt multum populoſa.auro & argento referta:frumenta mero & oleo optulenta . ciuitatibus nobiliſſimis inclita : caſtris & oppidis præmunita frugibus & diuerſi generis fructibus fertilis:& fecunda:finis eſt europæ cõtra meridiem quæ ſolo mari a barbaria eſt diuiſa:fontes dicitur habere calidos infirmis præbentes ſanitatem & medicinam.Metropolis autem illius regionis brunduſium quam Græci quondam edificauerunt.A brunda græce quaſi caput cerni latine.Iſidorus . Campania prouincia italie : habet terras hyeme anni atque eſtate uernantes:& ſol ibi mittis ; grata temperies ; aer purus & blandus. Actor . Campania eſt italie prouincia inter Romanum territorium & apuliam collocata.Cuius metropolis quondam fuit capua a ſiluio rege albanorum exacta,a capacitate ſic dicta : eo quod eius terra omnem fructum uite capiat : unde & caput eſt campanie cuius adhuc duæ maxime ſunt ciuitates.ſ.Roma & carthago . Ex hac etiam aliquando tota prouincia italie campania fuit appellata plures alias habet ciuitates famoſas.locupletes.& populoſas.ſicut Neapolim.

Adhuc de eodem.

CAP. XIII.

g Allia dicta eſt a candore populi gala enim græce lac dicitur.Montes enim & rigor celi ab ea parte ſolis ardorem excludunt quo fit ut candor corporum non coleretur.Cuius inicium belgica:finis germania eſt.Aquitania eſt regio gleba uberi ac pabuloſa & ad uſum animantium apta Fluminibus quoq; & fontibus irrigua perfuſa duobus magnis rheno & rhodano fluuiis. Belgis autem ciuitas eſt Galliæ a qua Belgica prouincia dicta eſt ciſalpina : quia citra alpes tranſalpina:id eſt trans alpes contra ſeptentrionem.Rheatina uero quod ſit iuxta rhenum aquitania autem ab obliquis amnis liguris fluminis eſt appellata : qui ex plurima parte terminus eius eſt.eamq; pene in orbem cingit.Actor.Belgica dicitur galliæ prouincia. Ab oriente : ut Oroſius dicit : habet Germaniam ſiue flumine rheni.Ab europa habet alpes appẽninas. A meridie prouinciam Narbonenſem in qua ciuitas Arelatenſis ſita eſt.Ab occaſu prouinciam Lugdunenſem:a circio oceanum britannicum.A ſeptentrione britannicam inſulam : ſiue angliam. Hæc regioni frugibus & fructibus eſt ſecunda. Iſidorus . Hiſpania prius ab hybero amne hyberia nuncupata fuit: poſtea ab hiſpano alias hiſpalo fluuio hiſpania cognominata eſt & uera eſperia ab eſpero ſtella occidentali dicta.Sita eſt autem inter aphricam & galliam.A ſeptentrio-

Digitized by Google

ne pirreneis montibus clauſa. A reliquis parti/
bus undiq; mari concluſa. ſalubritate cœli equa/
lis omnium frugum generibus fecunda: gem/
marum metallorumq; copiis ditiſſima. Interflu/
unt eam flumina magna betis mineus: beris: &
thagus. Aurum trahens ut paſtolus. Habet pro/
uincias ſex: tarraconenſem. carthaginenſem. lu/
ſitaniam. gallicam. beticam. & tranſfreta in re/
gione aphricæ tingitaniam. Due ſunt autem hi/
ſpaniæ citerior quæ in ſeptẽtrionis plaga a pir/
reneo uſq; ad carthaginem porrigitur ulterior q̃
in meridiem a celtiberis uſq; ad gaditanum fre/
tum extenditur.

De aphrica & regionibus illius.

CAP. XIIII.

a Phricam autem nominatam qui/
dam inde exiſtimant quaſi aphri/
cam quod ſit aperta cœlo uel ſoli:
& ſine horrore frigoris. Alii dicunt
aphricam appellari ab uno ex poſteris abrahę:
de cethura qui uocatus eſt apher: de quo ſupra
meminimus. Eadem & libya dicta eſt quod in/
de libs flat. hoc eſt aphricus. Alii aiunt epafum
Iouis filium qui memphim in ægypto condidit
ex caſſiotha uxore procreaſſe filiam libyam quæ
poſtea in aphrica regnum poſſedit. Cuius ex no
mine terra libya eſt nuncupata. incipit autem a
finibus ægypti pergens iuxta meridiẽ per ethyo
piam uſq; ad athlantem montem a ſeptentriona
li parte uero mediterraneo mari coniuncta clau
ditur: & in gaditaneum fretum finitur. Actor.
Eſt autem illa pars mundi quæ aphrica dicitur
minor ſpacio q̃ aſia uel europa: ſed pro ſua quã
titate ditior eſt: & mirabilior in qualitate. Nam
in auro & gemmis ditiſſima eſt ſimiliter in fru/
gibus fructibus: & oliuis. Mirabiliſſimas etiam
producit beſtiarum & hominum ſpecies & figu
ras. Solis ardoribus præ aliis terris exuritur. Va
riis occani etiam finibus intercipitur arenarum
cumulis ſterilis in multis partibus efficitur. Et a
ſatiris tigridibus & aliis horrendis beſtiis poſſi/
detur. Iſidorus. Habet autem aphrica prouin/
cias libyam cirenenſem. Pentapolim. Tripolim.
Biſantium. Carthaginem. Numidiam. Maurita
niam. Tingitaniam: & circa ſolis ardorem ethyo
piam. Libyam cirenenſis in parte aphricæ pri/
ma eſt a cirene urbe Metropoli quæ eſt in eius
finibus nuncupata. Huic ab oriente ægyptus
eſt. Ab occaſu ſirtes maiores & trogodite a ſe/
ptentrione mare libycum. A meridie ethyopia.
& barbaroꝝ uarie nationes: & ſolitudines ina/
ceſſibiles qua etiam baſiliſcos ſerpentes creant.
Pentapolis greca lingua a quinq; urbibus eſt nũ
cupata. id eſt a bernice cirene centria apollonia
ptolomaida. Ex qbus ptolomaida: & bernice a
regibus noiate ſũt. Eſt aũt pentapolis libyæ cire
nenſi adiũcta: & eius finibus deputata. Tripoli/
tanam quoq; prouinciã græci ſua lingua ſignat:
de numero trium magnarum urbium. occa. ſa/
breta. leptis magna. Actor. Tripolitana regio eſt
duplex una eſt in fenicæ dicta a tripoli ciuitate
famoſiſſima: q̃ toti⁹ patrie in circuitu pp nimiã
ſui fortitudinẽ eſt defenſio & munimẽ. Alia ue/
ro eſt in aphrica inter pẽtapolim & biſantium a
tribus magnis urbibus ſic uocata ſcilicet ut iã di
ctũ eſt. Iſido. Biſacea regio ex duobus nobiliſſi/
mis oppidis nomen ſortita eſt ex qbus una adro
metus uocat. Altera biſantiũ. hęc ſub tripoli eſt
patẽs paſſuũ. 200. uel amplitudinis milia: fecun
da oleis & glebis: ita p pinguis ut iacti ibi ſemi/
nis incremẽta pene cẽteſima fruge renaſcantur.
Zeugis ubi carthago magna ipſa eſt & uera af/
frica inter biſantiũ & numidiã ſita. A ſeptẽtrio/
ne mari ſiculo iũcta: & a meridie uſq; ad getulo
rũ regionẽ porrecta. Cuius ꝓxima queq; frugife
ra ſũt. Vlteriora aũt beſtiis & ſerpẽtibus plena
atq; onagris magnis in deſertũ uagãtibus. getu/
lia autem aphricæ pars mediterranea eſt. Actor.
Getulia aphricæ eſt ꝓuincia a græcis q. ſ. de grę
coꝝ ꝓceſſerũt reliquiis dicta. Q ui ingenti ãmo
do cõgregato nauigio uſq; ad libie ptes ꝓcucriũt
& ibi ſedes ſuas uſq; hodie poſuerũt. Et qa ex go
tis uenerũt getuli nũcupati ſũt. Et ideo ẽ opinio
apud greꝯos mauros ex illa gẽte ſibi eſſe cõſan/
guineos & ꝓpinquos. Iſidorus. Numidia ab in/
colis paſſim uagãtibus ſic eſt uocata: qđ nullam
cretã habẽt ſedẽ. Nã lingua coꝝ incerte ſedes &
uage numidie dicunt. Incipit aũt a flumine arui
ſaga: & in tingitaneũ limitẽ deſinit. Regio eãpis
ꝑpinguis: ubi aũt ſilueſtris eſt feras educit: ubi iu
gis arduа: equos & onagros ꝓcreat. Eximio etiã
marmore ꝑditat quod numidicũ dicit. Habet
aũt urbes ꝑcipuas ypponẽ: regiũ: & ruſſicadam:
alias fuſicadã. Plinius li. 5. Numidia metagonitis
terra a greꝯis ẽ appellata. Numidæ uero noma
des a ꝓmutãdis papilionibus: maſpalia ſua: hoc
eſt domus plauſtris circũferẽtes. Oppida. Collu
rus. Ichade Ab ea ad. 48. milia paſſuũ in medi/
terraneo Colonia cirtha ſicianoꝝ cognomine. Et
alia intus ſicca: libeꝝ quoq; oppidũ bulla rege.
Et in ora tacatua hippo regius: flumẽ armua op
pidũ rachabracha ciuiũ romanoꝝ. tuſta fluuius

Digitized by Google

numidię finis. Nec præter marmoris numidi/ci ferarumque prouentum aliud insigne.

Iterum de eodem.

CA. XV.

Auron græci nigrum uocant. Si/cut ergo gallia a candore populi: ita mauritania a nigro nomen sor/tita est. Cuius prima prouicia mau/ritania. Sitifinsis est quæ sitifi habuit oppidū a quo & uocabulum regio traxisse perhibetur. Mauritania uero cęsariensis colonię cæsarię ci uitas fuit: & nomen prouinciæ ex eo datum. Vtreque enim prouincię sibi coniuncte. Mau/ritania tingitania a tingi metropolitana huius prouinciæ ciuitate uocata est. Regio gignens feras simeas: & dracones: & strutiones. Olim etiam & elephantis plena fuit. Quos sola nunc india parturit. Garamantis regionis caput ga/rama oppidum fuit. Est autem inter cyrenen/sem & ethyopiam: ubi est fons qui friget calo/re diei: & calet frigore noctis. Ethyopia dicta ē a colore populorum: quos solis uicinitas tor/ret. Denique uim sideris prodit hominum co/lor. Est enim ibi iugis estus Nam quicquid ei est sub meridiano cardine est. Circa occiduum autem montuosa est: arenosa in medio Ad ori entalem uero plagam deserta. Cui situs Ab oc ciduo athlantis mōtis ad orientem usque i egy pti fines porrigitur A meridie oceano. A septē trione nilo flumine clauditur plurimas habens gentes diuerso uultu & monstruosa specie hor ribiles: Ferarum quoque & serpentum referta est multitudine. Illic qppe rinocerota bestia: & camelopardus. basiliscus. Dracones ingentes. ex quorum cerebro gemme extrahuntur Iacin ctus. & crisopasus ibi repertiūtur: cinnamomū ibi colligitur. Duæ sunt autē ethyopiæ. una cō tra ortū solis. altera contra occasum in mauri/tania. Extra tres aūt partes orbis quarta est trās oceanū interior est in meridie: quæ solis ardo/re incognita nobis est: in cuius finibus antipo/des fabulose inhabitare produnt. Proxima aūt hyspanię mauritania est: deide numidia: ide re gio carthaginēsis. Postq̄ getuliā accepimus po stea ethyopiā: inde loca exusta solis ardoribus.

De insulis oceani quo cingitur orbis.

CA. XVI.

Sunt & quædam maria quæ non miscentur oceani fluctibus aut mari magno & dicuntur lacus & stagna.Lacus est receptaculū in quo aqua retinetur:nec miscetur fluctibus : ut lacus aspalti.lacus benacus : & largius & cæteri quos græci limen.i.stagnos uocat . Nam fontes labuntur in fluuiis flumina in fræta discurrunt. Lacus stat in loco nec profluit. Et dictus lacus quasi aquæ locus . Lacus aspalti idem & mare mortuum uocatum propter quod nihil gignit uiuum nihil recipit ex genere uiuentium . Nam neq; pisces habet:neq; assuetas aquis & letas mergendi usu patitur aues:sed & quęcunq; uiuentia mergenda temptaueris : quacunq; arte dimersa statim resiliunt:& quāuis uehementer illesa confestim excutiuntur:sed neq; uentis mouetur.resistende turbinibus bitumine quo aquæ omnis stagnatur:neq; nauigationis patiēs est:quia omnia uita carentia in profundum merguntur:nec materiam ullam sustinet nisi quæ bitumine illustratur.Lucernam accesam ferunt supernatare. extincto lumine demergi : hoc & mare salinarū dicitur:siue lacus aspalti.i.bituminis:& est in iudæa inter iericho & zoaram.Longitudo eius usq; ad soras arabie dirigitur.stadiis.780.Latitudo stadiis.150.usq; ad uicinia sodomorum.Lacus tyberiadis ab oppido tyberiade uocatus qđ quondam herodes in honorem tyberii Cæsaris condidit.Est autem in iudæa omnibus lacis salubricor.& ad sanitatem corporum quodammodo efficatior . Genesar lacus amplissimus in iudæa longitudine.140.extenditur stadiis.Latitudine.40.diffunditur crispantibus aquis.aurum non uentis sed de seipso sibi excreans . Vnde & genesar dicitur græco uocabulo quasi generans

Digitized by Google

ſibi auram deniq; per diffuſiora ſpacia lacus frequentibus auris ſpirantibus agitatur. Vnde & purior hauſtus eius: & ad potandum dulcis & habilis. Benacus lacus italiæ in Venetia. de quo fluiuus naſcitur mincius qui lacus magnitudinem ſui tempeſtates imitatur marinas Lucrinus & auernus: lacus campaniæ ſunt. Lucrinus autem dictus: quia olim propter copiam piſcium uectigalia magna præſtabat. Auernus autem lacus uocatus quod aues ibi ſuperuolitare non poſſent. Nam antea ſiluarum denſitate ſic ambiebatur ut exalãtes inde per anguſtias aquæ ſulphureæ fetor grauiſſimus ſuperuolantes aues alitu ſuo necaret. Quam rem auguſtus Cæſar intelligens deiectis ſiluis ex peſtilentibus. amena redidit loca. Lacus autem idem & ſtagnum ubi immenſa aqua conuenit. Nam dictum eſt ſtagnum ab eo quod illic aqua ſtet nec decurrat.

De Abiſſo. Cap. XXXII.

a Biſſus profunditas aquarum impenetrabilis. ſiue ſpelũce aquarum latentium de quibus fontes & flumina procedũt: uel quæ occulte ſubtreunt: unde & abiſſus dictus nam omnes aquas ſiue torrentes per occultas uenas ad matricem abiſſum reuertuntur. Fluctus dicti quod flatibus flant. Ventoq; enim impulſu agitate aquæ fluctant. Aqua eſt ſtatiua & ſine motu equalis. Vnde uero eminens liquor qui ſemper in motu eſt. Lucretius. Aeris undas. i. motus & corpus illud quod refluctuat: nam nec unda per ſe aqua eſt ſed aqua in motu quodam & agitatione quaſi abeundo & redeũdo unda uocata. Latex proprie liquor fontis eſt. Et dictus latex quod inuenis terræ lateat. Gutta eſt quæ ſtat Stilla quæ cadit. Hinc & ſtillicidium quaſi ſtilla cadens. Stiria enim græcum eſt. i. gutta: inde ſit diminutiuum ut dicimus ſtilladũ aũt ſtat aut pendet detectis uel arboribus quaſi glutinoſa eſt. dũ cecidit ſtilla eſt. Spuma eſt dicta eo quod ſpuat. ſordes eni ſunt undaq;. unde & muſtũ: & ea quæ coquunt ſpuma purgant. Hinc & ſputũ.

De fluminibus. Cap: XXXIII.

f Fluuius eſt perẽnis aquaq; decurſus. a fluendo perpetim dictus. Proprie aũt flumen ipſa aqua. fluuius curſus aquæ. Prius autẽ flumen q̃ fluuius. i. priot aqua q̃ decurſus. Duo ſũt fluuium genera: unum torrens alterum uiuũ. De quo Virgilius. Donec me flumine uiuo abluero. Torrens eſt aqua ueniens cũ impetu. Dictus aũt torrens qa pluuia creſcit ſiccitate torreſcit. i. areſcit. De quo Pacuuius. Flãmeo uapore torrẽs torret. cui græci ab hieme nomẽ dederũt. nos ab eſtate. illi a tempore quo areſcit nos a tempore quo ſiccatur. Amnis fluuius eſt nemore ac frondibus redimitus & ex ipſa amenitate amnis uocatur. Decurſus proprie finis curſus ſiue aquarum ſit. ſeu quarumlibet rerum. Riui dicti quod deriuentur ab irrigandum ideſt inducendũ aquas in agris. nam irrigare inducere eſt Gurges proprie locus altus in flumine. Puteus ẽ locus defoſſus ex quo hauriẽt aqua a potatiõe dictus fons caput aquæ eſt naſcentis: quaſi fundens aquas. Quidã ãt fluuiorum propriis ex cauſis nomina acceperũt: ex quibus nonnulli notandi ſũt qui in hiſtoriis celebres memorant. Gion. Fluuius de paradiſo exiens atq; uniuerſam ethyopiam cingens uocatus hoc nomine quod incremento ſuæ inundationis terram ægypti irriget. Ge. enim græce latinæ terram ſignificat. Hic apud ægyptios Nilus uocat propter linũ quem trahit: qui efficit fecũditatẽ unde & nilus dictus eſt. Nam antea nilus latinæ melo dicebat. Apparet autem in nilido lacu de quo in meridiẽ uerſus excipit ægypto ubi aquilonis flatib9 repercuſſus aquis retroluſtrantibus intumeſit. & inundationem ægypti facit Egypt9 aeris calore ſemper ſolem habet nunq̃ nubes uel imbres percipit. cuius loca nilus fluuius: eſtatis tempore inũdat: quo pro fluuius utunt. Oritur enim fluuius idem: inter auſtrum & ortũ Etheriaq; flat9 ex zephiri parte. ideſt ab Occiduo flãt & habet certũ temp9. Naſcũt enim menſe maio. quaq; flatus initio languens eſt. ſed per dies augeſcit. Nam flant ab hora ſexta uſq; in duodecimam. Hoc igit flatu reſiſtũt ei undis oppoſitis. quæ etiam hoſtiis eius quib9 in mare influit arenaq; cumulus nili fluctus intumeſcũt ac retrouerti coguntur. ſicq; aquę erũpentes: propelunt in auſtrũ quibus congeſtis. nilus in ægyptũ erumpit. quieſcentibus quoq; etheriaq; flactibus ruptiſq; arenaq; cumulis. rurſus in ſuo alueo redit fluui9. Ganges. Fluuius quem phryſon ſcriptura ſacra nominat: exiens de paradiſo pergit ad indie regiones: dictus aũt phyſon: ideſt: caterua: qui decem fluminibus magnis ſibi adiũctis implet & efficit unus ganges aũt uocatus a gangaro rege indie. Fert aũt nili modo ex altari & ſuper oriẽtis terras crũpere. Tigris. Fluuius meſopotamie de paradiſo exurgens. & pergens cõtra aſſyrios. & poſt multos circuitus in ſinũ perſicũ influens. Vocat ãt tygris pp uelocitatẽ: inſtar beſtie tygridis: nimia pernicitate currentis. Eufrates fluuius meſopotamie de paradiſo exurgens copioſiſſi-

Digitized by Google

mus gẽmis qui per mediã babyloniam influit. Hic a frugib⁹ uel ab ubertate nomẽ accepit. Nã hebraicæ eufrata fertilitas interprætatur. Meſo potamiam enim in quibuſdam locis ita irrigat ſicut nilus alexandriam. Saluſtius autem autor certiſſimus aſſerit tygrim & eufratem uno fonte manere in armenia: qui per diuerſa euntes lõgius diuiduntur ſpacio: medio derelicto multorum milium quæ tamẽ terra quę ab ipſis ambitẽ meſopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus animaduerti aliter de paradiſi fluminibus intelligẽdum. Indus. fluuius orientis qui rubro mari accipitur. Idaſpes. fuit medorũ rex antiquiſſimus: ex quo annis orientis nomen accepit: qui nunc idaſpes dicitur. De quo Lucanus. Q ua niſeus idaſpes. Accedũt pelago phebi ſurgẽtis ab igne iam proprior quam perſis eram. Q ui dũ ſit fluuius perſaꝝ dicitur tamen contra oriẽtem decurrere. Araris fluuius germanie. De quo Virgilius Aut ararim parthus bibet. aut germania tygrim Currit enim per parthiã & aſſyriã. Bactrus fluuius orientis a rege bactro uocatus fertur: a quo & bactriani & urbs coꝝ. Coaſpis fluuius perſaꝝ uocatus eorum lingua quod miram aquæ dulcedinem habeat adeo ut perſici reges quãdiu inter ripas perſidis fuerunt. ſibi ex eo pocula uendicarint ex hoc amne quidam cidnum cilicie fluuiũ deriuari exiſtimant. Araxis. Amnis armenie qui ab uno monte cum eufrate diuerſa ſpecie oritur dictus quod rapacitate cuncta proſternat. Vnde & cum alexander eum tranſgredi uellet põte fabricato tanta ui inundauit ut pontem dirueret. Hic breuibus interuallis ab eufratis ortu: caput tollit. Ac deinde caſpium fertur in maro fluuius ſyrie. qui uocaf orõtes iuxta anthiochie muros decurrens. q a ſolis ortu oriens non longe ab urbe mari reconditur quem de originis ſue tractu orientem ueteres latinę appellauerũt. Cuius fluẽtis ex ipſo impetu frigidioribus & zephiris aſſiduæ ibi ſpirantibus tota ciuitas momentis prope omnibus refrigeratur. Iordanis. iudeæ fluui⁹. a duobus fontibus nominatus: quorum alter uocatur ior. alter dan. Hiis igitur procul a ſe diſtantibus in unum aluenm federatis. iordanis deinceps appellatur. Naſcitur autem ſub libano mõte: & diuidit iudæam & arabiam: qui per multos circuitus iuxta iericho in mare mortuum influit. Euſis. caucaſeis montibus fuſus cum pluribus aliis in euxinũ ſe præcipitat mare. Vnde & nuncupatur. Cidnus amnis cilicie. a tauro monte progrediens miram aquarum habens ſuauitatem: & quicquid caducum eſt cidnum gentili lingua ſiri dicunt. Vnde cidnus amni huic nomen datum: quia tumet eſtate quando niues ſoluunt reliquis anni temporibus tenuis eſt: & quietus. Ilas fluuius aſiæ. Pactolus fluuius aſiæ. Harenas aureas trahens. De quo Virgilius. Pactoluſq; irrigat auro quem pro aurato fluore alii criſorriã uocant. Erinus fluuius aſiæ. qui ſmirneos ſecat campos: & ipſe fluctibus aureis. & harenis plenus. a quo ſmirna uocata eſt. Meander. amnis aſiæ flexuoſus. qui recurrentibus ripis inter aſiã & ionium præcipitatur in ſinũ qui miletum diuidit & pirram. Meander autem uocatus quod ſit flexuoſus: & nunq; currat rectus. De quo. Ouidius. Q uiq; recuruatus. ludit meander in undis Tanuus: fuit rex ſcitarum primus. a quo thanus fertus fluuius nuncupatus: qui ex rifeis ſiluis ueniens. dirimit europam. ab aſia. inter duas mundi partes medius currens. atq; in pontum fluens Inachus achaie amnis. argolicos irrigans campos. quem rex inachus a ſe nominauit. qui exordium argiue gẽti primus dedit. Ibi eſt & crimãtus ab crimanto mõte dimiſſus. Padus italiæ fluuius a iugis alpium fuſus ex tribus fontibus oritur. ex quibus uni uocabulum eſt padus qui diffuſus in modum ſtagni amne ſinu dirigit a quo & padus eſt nuncupatus. Hic a græcis eridanus cognominatur ab eridano ſolis filio: quem feton tem dicunt qui fulmine percuſſus: in eodem fluuio deiectus eſt. & extinctus. Augetur aũt exortu canis liqueſcẽtibus niuibus & cum acceſſione. 30. fluminum circa rauẽnam. in adriaticum mare defertur Tyberis. italiæ fluuius a tiberino rege alborũ dicitur appellatus: qui in hunc fluuium cecidit: & de exitu ſuo nomen dedit. Nam antea albola antiquum nomen a colore habuit quod niuibus albus ſit. Ipſe eſt autem tiberis ſed tiberis in cottidiano ſermone. tiberis in uerſu dicitur. Danubius germaniæ fluuius: uocari ferf a niuium copia quibus magis augetur. Iſte eſt q in europa plus omnibus famam habet. Idem & hiſter quia dum innumeras uadit gentes: mutat & nomen: & maiores ſibi ambigendo colligit uires. Oritur a germanicis iugibus & occidentalibus partibus barbarorum pergens contra orientem. 60. in ſe fluuios recipit. ſeptem hoſtiis in põticum influit. Rhodanus. galliæ fluuius. ab oppido rodo cognominatus eſt quem coloni rhodiorum uocauerunt. qui rapido. concitus curſu. tirreni equoris freta ſcindens non modicum ſæpe nauigantium facit periculum. dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant. Renus. a rodani ſocietate fertur uocatus: quoniam cum

Digitized by Google

eodem ex una prouincia oritur. Est autem germaniæ fluuius inter tres europæ maximos fluuios computatus. quia iugo alpium usq; in oceani profunda cursus suos dirigit. Iberiis. Annis qui quondam totius hispanie nomen dedit. Minus fluuius galliciæ nomen a calore pigmenti sumpsit. Qui in eo plurimus inuenitur: dorius a græcis quasi doricus cognominatus. Tagum fluuium cartago hispaniæ nuncupauit. ex qua ortus procedit. fluuius harenis aureis copiosus: & ob hoc cæteris fluuiis hispaniarum prælatus. Betis fluuius. qui & betice prouinciæ nomen dedit de quo Marcialis. Betis olifera crinen redimite corona aurea q nitidis uellera tingis aquis eo quod ibi lane pulchro colore tinguntur. Betis autem dictus eo quod humili solo decurrat. Betin enim græci humile uel mersum uocant. Quędam autem flumina in diluuio soluta mole terrarę præcluſa: sunt q̃dam uero q̃ non erant abyssi tũc præruptis meatibus eruperũt.

De diluuiis. Cap. XXXIIII.

d Iluuium dictum quod aquarę cla-
de omnia quæ inundauerit deleat.
Primum diluuium extitit sub noe.
quando hominum sceleribus offensus omnipotens. toto orbe contecto delectis cunctis unum spacium cæli fuit ac pelagi: Cuius hactenus indicium uidemus: in lapidibus: quos in remotis montibus concis & ostreis concretos sæpe etiam cauatos aquis uisere uolemus. Secundum diluuium fuit in achaia. Iacob patriarche & ogigii temporib⁹: qui eleusine conditor & rex fuit nomenq; loco & tempori dedit. Tertium diluuium. in thessalia. Moysi uel Anfition temporib⁹ qui tertius post cecropem regnauit cui temporibus aquarum diluuias maiorem partem populorum thessaliæ assumpsit paucis per refugia montiũ libertatis. maxime in monte parnaso in cuius circuitu deucalion tũc regno potiebatur. qui tũc ad feratibus confugientes susceptos. per gemina parnasi iuga. fouit & alluit. A quo propterea genus hominum græcorum fabulæ ex lapidibus reparatum ferunt propter hominum insitam cordis duritiam: sed & flumina cũ insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem uel diuturnitatem uel magnitudinem redũdant. multaq; prosternunt & ipsa diluuium dicuntur. Sciendum autem flumina cum supra modum crescunt non tantum ad præsens inferre damna sed etiam & aliqua significare futura.

De partubus geminis & monstruosis. Cap. XXXV.

e Xtant ab uno ortu duo puerperia egesta: ut in ea quæ gemino partu alterum marito similem: alterum ab utero genuit. Rursus in alia quę unum iusto partu. alterum quinq; mensium edidit. Et in alio quæ septem mensium edito puerperio in sequutus mensibus geminos enixa est: Haly. Pariunt quidem mulieres sæpe duos. raro autem plures. uidi tamen quæ peperit masculos .s. duos: & feminam. Tradũt etiam quãdam mulierem uno partu quinq; peperisse. sicq; quattuor annoꝝ spacio. 20. fetus uiuentes effudisse & hoc quidem possibile est: mihi tamen sensu incognito. Sũt etiam quattuor in matrice loca foueis similia: quæ sũt ora uenarꝝ a quibus sanguis menstruus in matricem fluit. Audiui etiam mulierẽ in. 7. mense peperisse filium: & in. 9. alium. Huius causam esse dicũt quod post conceptionem coitui se dederit alterius uiri. Sigibertus in cronicis. Temporibus Theodosii senioris in castello iudeæ emaus. natus est puer perfectus ab umbilico: & sursum diuisus ita ut haberet duo pectora: & duo capita. & unusquisq; proprios sensus. Vnus edebat & bibebat: & alter non edebat: unus dormiebat: & alter uigilabat. Non nũquã simul dormiebãt. Ludebant ad alterutrum & flebat uterq; percutiebant se inuicem. Vixerunt autem annis ferme duobus. & unus mortuus est: alter uero superuixit diebꝰ quatuor. Solinus. Contra naturam est in pedes procedere nascentes. Qua propter hy uelut egre parti appellantur. agrippe. ita editi minus prospere uiuũt & de uita eoꝝ breui recedũt. Quidam eriam cũ dentibus procreant. ut agreus papyrus: carbo & marcus curio dentatus ob id cognominatus. Quidam uice dentiũ continui ossis armant solidite. qualem filium bytinorum rex. brusias habuit. Ipsum dentium numerum discernit qualitas sexus. cum in uiris plures sint: in feminis paciores quos rinodentas uocant. Et quibus gemini prodeunt a dextra. parte fortunæ blandimenta promittunt. Quibus a leua uersa uice: Cũq; nascentium prima uox sit uagitus: zoroastem ipsa hora qua natus est risisse nouimus. Ioannes chrisostomus. super Mattheum li. 2. Sic autem nascunt quidam eunuchi sicut & sex digitos habentes uel quattuor. Si enim deꝰ sicut ab initio constituit unam quãq; creaturam. sic eam dimitteret immutabiliter semper in ordine suo permanere: natura rerum ipsa se regere estimaretur & operatio Dei coram hominibus in obliuionem duceretur. Ideo natura rerum contra ordinem

Digitized by Google

ſuum conuertiť: ut ſemper Deus naturaꝫ opifex in memoriam reducať:& non ſolum ſemel: ſed quottidie opera ſua facere uideatur. Vnde de ceco qui contra naturæ regulam ſic natus fuerat dicitur. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parentes eius: ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo. Ex libro de naturis rerum. In quadam etiam regione ſicut dicitur infantes cum buffonibus naſcuntur. ſiquis autem ſine buffone naſciť. mater eius tãq̃ adultera iudicatur:& ut quæ ab alienigena concepit a marito ſuo repudiatur:

De portentis. Cap. XXXVI.

p Ortenta quidem a uarrone eſſe dicuntur quæ contra naturam nata uidentur: ſed non ſolum contra naturam quia diuina uoluntate fiunt cum uoluntas creatoris cuiuſqꝫ condite rei natura ſit. Vnde & ipſi gentiles Deú. modo naturam modo Deum appellant. Portentum ergo ſit non contra naturam: ſed contra q̃ eſt nota natura. Portenta autem & oſtenſa monſtra atqꝫ prodigia ideo nũcupanť. quod portendere atqꝫ oſtendere monſtrare atqꝫ prædicere aliqua futura uidentur. Nam portenta dicta perhibent a portendendo. ideſt præoſtendendo. Oſtenta aũt quod oſtendere quicq̃ futuꝫ uideanť. prodigia quod porro dicant ideſt futurum prædicant. Monſtra uero a monitu dicta quod aliquid ſignificandũ demonſtret. ſiue quod ſtatim monſtrent quid appareat. Et hæc proprietatis eſt. abuſione tamen ſcriptorum plurimumqꝫ corrumpiť. Q uædam autem protentorum creationes in ſignificationibus futuris conſtituta uidentur uult enim Deus interdum uentura ſignificare per aliqua naſcentium noxia: ſicut per ſomnia & per oracula: quo præmoneat & ſignificet quibuſdam uel gentib9 uel hominibus futuram cladem: quod plurimis etiam experimentis probatum eſt. Xerſen quippe uu!pis ex equa creata ſolui regnum protendit Alexandro ex muliere monſtrum creatũ: quod ſuperiores corporis partes hominis quidem: ſed mortuas habuerit. Inferiores diuerſaꝫ beſtiaꝫ: ſed uiuentes: ſignificaſſe repentinam regis interfectionem. Superfixerant enim deteriora melioribus: ſed monſtra quę in ſignificationibus danť non diu uiuũt: ſed continuo ut nata fuerint occidũt. Inter portentũ aũt & inter portentuoſũ differt. Nam portenta ſunt quæ tranſfigurať ſicut ferť in umbria mulierem peperiſſe ſerpentem. Vnde Lucanus Matremqꝫ ſuus cõteruit infans: Portentuoſa uero leuem ſumũt mutationem exẽpli cauſa cũ ſex digitis nati.

De uariis portentoꝫ modis: Cap: XXXVII.

p Ortenta ergo uel portentuoſa exiſtunt: alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum: Q uantus fuit Ticium in nouem iugeribus iacens: Homero teſtante. Alia paruitate totius corporis: ut fauni uel quos græci pigmeos uocant eo quod ſint ſtature cubitales Alia magnitudine partium: ueluti capite informi: aut ſuperfluis membrorum partibus. ut bibices & trimani uel ſyndonte quibus gemini procedunt dentes. Alie defectu partium in quibus altera plurimum pars deficit ab altera. ut manus a manu. uel pes a pede. Alia deſciſſione ut ſine manu & capite generata: quos græci ſteriſios uocant. Alia per numeria quando ſolum caput aut crus naſcitur. Alia qui in parte tranſfiguratur. ſicut qui leonis habent uultum: uel canis. uel taurinum caput aut corpus. ut ex faſide memorant genitum minotaurũ. quod greci etheromorfiam uocant. alia quæ ex omni parte tranſfigurantur in aliene creationis portentum: ut ex muliere uitulũ dicit hiſtoria generatũ. Alia quæ ſine tranſ figuratione mutationem habent locoꝫ: ut oculos in pectore uel in fronte. aures ſupra tempora. Vel ſicut Ariſtoteles tradidit quendam in ſiniſtra parte iecur: in dextra ſplen habuiſſe. Alia ſecundum connaturationem ut in alia manu digiti plures connaturati & coherentes reperiunť: in alia minus ſiue in pedibus. Alia ſecundũ immaturam & intemperatam creationem ſicut hi qui dentati naſcuntur: ſiue barbati. uel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum ſicut illud quod prædiximus in alexandro multi forme portentum. Alia commixtione generis: ut qui androchene & hermafrodite uocantur. Hermafrodite autem nũcupati: eo quod uterqꝫ ſexus in eis appareat. Herma quippe apud grẹcos maſculus Affrodi femina nũcupať. Hi dextram mamillã uirilẽ. ſiniſtram mulierẽ habentes. uiciſſim coeũdo & gignũt & pariũt.

De portentis uel monſtris fabuloſis. Cap: XXXVIII.

d Icũtur autem & alia hominum fabuloſa portenta: quæ non ſunt: ſed ficta in cauſis rerum interprætanť ut gerionem hiſpaniæ regem triplici forma proditum. Fuerunt. n. tres fratres tante concordie ut in tribus corporibus quaſi una anima eſſent. Gorgones quoque meretrices crinitas ſerpentibus. quæ aſpicientes cõuertebant in lapides habẽtes unũ oculũ quo inuicem utebantur.

Digitized by Google

Fuerũt.n.tres ſorores unius pulchritudinis quaſi unius oculi quæ ita ſpectatores ſuos ſtupeſcere facicbant:ut uertere eos putarentur in lapides Sirenes tres fingũt fuiſſe ex parte uirgines:& ex parte uolucres:habentes halas & ungulas: quarum una uoce:altera tybiis:tertia lyra canebant que illectos nauigantes ſub cãtu ad naufragium trahebant.Secundum ueritatem autem meretrices fuerunt:quæ tranſferentes quia deducebant ab egeſtatẽ.his ficte ſunt inferre naufragia.Alas aũt habuiſſe & ungulas:quia amor uolat & uulnerat.Q uæ inde in fluctibus commoraſſe dicũtur:quia fluctus ueneris creauerũt.Scillã quoq; ferũt feminam capitibus ſuccinctam caninis cũ latratibus magnis.propter fretum ſiculi maris in quo nauigantes uerticibus in ſe concurrentiũ undarũ exterriti:latrare exiſtimant undas quas ſorbentis eſtus uorago collidit.Fingunt & monſtra quædam irrationalium animantium:ut cerberum inferorum canem tria capita habentem: ſignantes per eum tres etates per quas mors hominem deuorat.i.infantiam.iuuentutem. ſenectutem.Q uem quidam ideo dictum cerberum putant quaſi cerobros.i.carnem uorans.Dicunt & ydram eſſe ſerpentem cum nouem capitibus: quæ latinæ cedra dicitur:quod uno ceſo tria capita excreſcebant.Sed ydram conſtat locũ fuiſſe euomentem aquas.uaſtantem uicinam ciuitatem in quo uno meatu clauſo mũlti erumpebant Q uod hercules uidens: loca ipſa exuſſit: & ſic aqua clauſit meatus.Nam ydra ab aqua dicta ẽ Huius mentionẽ facit.Ambroſius.In ſimilitudinem hereſũ dicens.Hereſis.n.uelut quædã ydra fabulaꝝ uulneribus ſuis creuit.& dum ſæpe recidit pullulat:igni debita incendioq; peritura. Fingũt & chymeram triformem beſtiam orc leonis. poſtremis partibus draconis: media capre uomentis ignem. Q uam quidam philoſophi non animal ſed cilicie montem eſſe aiunt: quibuſdam locis leones & capras nutrientem. quibuſdam ardentem quibuſdam plenum ſerpentibus.hunc belloforontis habitabilem fecit:unde chymeram dicitur occidiſſe. Centaurus autem ſpecies uocabulum indidit.ideſt hominem equo mixtum.Q uos quidam fuiſſe equites theſſalorum dicunt ſed pro eo quod diſcurrentes in bello uelut unum corpus equorum & hominum uiderentur.inde centauros fictos aſſeruerunt.Porro monocentaurũ nomen ſumpſiſſe ex tauro & homine: qualem beſtiam dicunt fabuloſe in laberintho inclauſam fuiſſe. De qua Ouidius.Semibouemq; uirum:ſemiuirumq; bouem.Monocentaurum autem uocari:eo quod media hominis ſpecies:media aſini eſſe dicatur:ſicut & ypocentaurus: quod equoꝝ hominũq; in eis natura coniuncta fuiſſe putatur.

De tranſformatis. CAP. XXXIX.

Cribunt & aũt quædã monſtruoſe hominũ tranſformationes in beſtias ſicut de illa magna famoſiſſima. Circe quæ ſocios ulixis mutaſſe fertur in beſtias.Et de archadibus q ſorte ducti trãſnatabant quoddam ſtagnum atq; ibi conuertebantur in lupos.Nam & diomedis ſocios in uolucres fuiſſe conuerſos non fabuloſo mendacio: ſed hiſtoria affirmatione cõfirmant.Sed & quidam aſſerũt ſtrigas ex hominibus fieri.Ad multa enim latrocinia figure ſceleratoꝝ mutantur:ſi ue cum magicis cantibus ſiue herbaꝝ ueneficio totis corporibus inferas tranſeũt.Siquidem per naturam plæraq; mutationem recipiunt:& corrupta in diuerſas ſpecies tranſformantur: ſicut de uitulorꝝ carnibus putridis.apes.ſicut de equis ſcarabei:de mulis locuſte.de cancris ſcorpiones Ouidius.Concaua littorei ſi demas brachia cancri.Scorpion exibit caudaq; minabit unca.Solinus.Neuri ut accipimus eſtatis tẽporibus in lupos tranſfigurantur:deinde ſpacio exacto quod huic ſorti attributum eſt in priſtinam faciem reuertuntur populis iſtis deus mars eſt:pro ſimulacris enſes colunt homines uictimas habent oſſibus adolent ignes focorum.Gelonii ad hos proximant de oſtium cutibus & ſibi indumenta faciũt:equis ſuis tegmina.Helimãdus in cronicis. Memini me adoleſcẽtulũ audiſſe a nõnullis prouero enarrantibus:qd in territorio beluacẽſi erat qdã ruſticus qui dũ uxor eius lauaret ei caput:quoſdã articulos manꝰ pueri ex ore euomuit.opinio aũt nimis uulgata erat in lupũ illũ p diuerſa tpa trãſformari hæc aũt opinio p illũ uomitũ articulorꝝ pueri uchemẽtius cõfirmata eſt.Idẽ in lib.8. Lemures aũt ſiue larue:nihil aliud ſũt quã terribiles umbre.uel aiaꝝ dãnataꝝ:uel nequiſſimorꝝ & imũdorꝝ ſpirituũ.Q uaꝝ natuta:teſte hieronymo.dicitur eſſe terrere paruulos & in angulis garrire tenebroſis.Sed haꝝ terror inutilis ſigno crucis oppoſito ut fumus euaneſcit.

De quorũdam uirorum miris ac ſingularibꝰ naturis. CAP. XL.

Auguſtinus de ciuitate dei li.8.

Vorundã naturas hoium nouimus.ut alias dictũ eſt:ipſa raritate mirabiles: de corpe ſuo facientiũ:qd̃ alii nullatenus pñt:& audita uix credũt.Sũt etenim quidã

Digitized by Google

qui & aures & ſingulas uel ambas ſimul mouẽt. Sunt qui totã cæſariem ímoto capite ad frontẽ deponũt:reuocãtq; cũ uolũt. Sũt qui eoꝝ quę incredibiliter uaria & plurima uorauerũt paululũ p̃cordiis cõtrectatis tãq; ex ſaculo qđ placuit integerrimũ ꝓferunt. Quidã & uoces auiũ pecorũq; & alioꝝ quorũlibet hominũ ſic ímittant & exprimũt:qđ niſi uideant oĩno diſcerni nõ poſſunt. Nõnulli ẽt ab ímo ſine ullo pudore ita numeroſos ꝓ arbitrio ſonitus edũt:ut ex illa quoq; parte cantare uideant. Exptus ſum hoiem ſolere cũ uellet ſudare. notũ eſt ẽt quoſdam cũ uolunt ubertim lachrimas fundere. Solinus. Aulus craſſus quẽ partica bellica rapuerũt:eo qđ nũq; riſerit agelaſtus cognoſabat. Inter alias ſocratis magna p̃claꝝ illud eſt quod in eodẽ uultus tenore ẽt aduerſis interpolantibus pſtitit. Heraclitus & diogenes cinicus nihil unq̃ de rigore animi remiſerunt calcatiſq; turbinibus fortuitoꝝ aduerſus omnẽ dolorẽ uel miſeriã uniformi durauere propoſito. Pomponiũ poetam cõſularẽ uiꝝ nũq̃ rectaſſe habet inter exẽpla. Antoniũ druſi nõ ſpuiſſe pcelebre eſt. Nõnullos naſci accepimus concretis oſſibus eoſq; neq; ſudare cõſueuiſſe:neq; ſitire. qualis fuit ſyracuſanus ligdanius. qui tertia & .30. olimpiade primus ex olimpico certamine pancracii coronã reportauit. cuiuſq; oſſa deprehenſa ſunt medullam nõ habere. Varro in relatione prodigioſe fortitudinis, annotauit tritannum gladiatorem natu ſamnitẽ fuiſſe: qui ex rectis & trãſuerſis neruis nõ modo crate pectoris: ſed & manibus cancellatis & brachiis oẽs aduerſarios leui tactu ac pene ſecuris cõgreſſionibus uicerit. Eius filiũ militẽ. Gnei pompeii parimodo natum ita ſpreuiſſe hoſtem prouocantem ut inermi eum dextra ſuperaret: & captum digito uno in caſtra imperatoris ſui reportaret. Milionem quoq; croconienſem egiſſe omnia ſupra q̃ homo ualet. Etiam hic proditur quod ictu uno manus tharum fecit uictimam:eumq; ſolus una die abſumpſit non grauatus. Super hoc nihil dubium nam ut inde factũ elogiũ extat. Victor ille omnium certaminum obiit.

De quibuſdam mulieribus barbaris & monſtruoſis.

Ex libro de natura reꝝ. CAP. XLI.

Porro in partib⁹ oriẽtis ut dicit magiſter Iacobus de uitriaco:ſũt amaſones uidelicet í armis & p̃liis egregie mulieres iuxta montes caſpios in inſula fluuio undiq; circuncluſa pluſquã. 200: milia abſq; uirorum conſortio ſeorſum habitantes. Q uæ quando cum regina ſua uictrices a p̃liis reueruntur, a uiris ſuis qui per ſe commorantur extra inſulam adorantur. Semel autem í anno cauſa generande prolis ad maritos exeunt reuerſeq; ſi maſculum cõceperint. ipſum. per. 6. annos nutriunt & poſtea patri ſuo tranſmittũt. Si uero fœminam ipſam ſecum reſeruãt:itaq; quoniam ex frequenti libidinis uſu multi ſpiritus cõſumuntur:præfate uiragines. quanto rarius coeunt tanto fortiores ad pugnandum magis idonee ſunt. In ſupradictis quoq; partibus ſunt & mulieres ſpecioſe ualde in quodam flumine calido habitantes:horridas ueſtes habentes armiſq; argenteis eo qđ ferrũ nõ habeant utẽtes. Sunt & alie in ſiluis in die barbas habentes uſq; ad mamillas pellibus animalium inducte nec uiuunt niſi de uenatione:habent enim pro canibus tygrides ac leopardos:rabidaq; ferarum genera ſunt & quædam ibi ſpecioſiſſime mulieres in flumine habitantes:albe ſicut nix:ſed hoc pulchritudinis uicium habent quod dentibus humanis carẽt & caninis horrent in extremis burgundie partibus circa alpes quedam ſunt mulieres guttur magnum uſq; ad uentrem protenſum tanq̃ amphrã uel cucurbitam amplam habentes. Iſidorus. ubi ſupra. Perhibent in india gentem eſſe feminarũ quæ qnquies concipiunt & octauum uite annũ non excedunt ſolinus. Appolonides perhibet in ſcithia feminas naſci quæ bithie uocantur:haſq; in oculis pupillas habere geminas: & perimere uiſu ſi forte irate aliquem aſpexerint. hee ſunt & in ſardinia.

De quorundam utriuſq; ſexus corporibus ímenſis. CA. XLII.

Icet autem plæriq; definiant nullũ poſſe excedere longitudinem pedũ ſeptem eo quod inter menſurã iſtã hercules fuit depræhenſum eſt tamen romanis temporibus ſub. Diuo auguſto puſionem & ſecundum illam denos pedes & amplius habuiſſe proceritatis:quorum reliquie adhuc ín conditorio ſaluſtianorum uidentur. Poſtmodum Diuo claudio principe: galbarium nomíne ex arabia aduectum. 9. pedum & totidem unciarum priſcorum aut molem teſtantur etiam oreſtis ſuprema cuius oſſa olimpiade. 58. tegee inuenta a ſpartanis oraculo monitis:diſcimus implesſe longitudinẽ cubitorum. 7. Scripta quoq; ex antiquitate memorians accerſiunt in fidem ueri: quod bello cretico cũ clara flumina pluſquã uiannica terras rupiſſent:poſt diſceſſum fluminũ inter plura huni diſcidia humanum cor-

Digitized by Google

pus repertū ſit cubitorū.3.atq; .30.cuius ſpectan di cupidine luciū flaccum legatū metellum etiā ipſum impendio captos miraculi: quod auditu refutauerant oculis potitos.Ex libro de natura rerum in occiduis quoq; partibus repta eſt puel la.q̄ unde fluuios gurgites ab oceano terris ad/ duxerant ignoratur.in capite uulneratā & mor/ tuā quæ.50.cubitorū longitudinis erat & iter hu meros.4.latitudinis:& iduta clamide purpurea: Coloſus etiam homo mōſtruoſus fuit quem occi ſum tyberis fluuius cooperire non potuit :ip̄mq; mare per multa ſpacia rubro ſanguine infecit:ut Adelinus dicit cuius etiam templum & ſtatua ro mæ facte eſt.quæ ab eius nomine coloſus dicit. Præterea tante magnitudinis homo aliquādo ui ſus eſt:ut in antro ſuo reſupinus iacēs & una ma nu duos uiros tenēs: crudos eoſdem māducaret.

De gentibus monſtruoſis & primo de gigan/ tibus & cinocephalis. CAP. XLIII.

Icut autē in ſingulis gētibus quædam monſtra ſunt hominū ita in uniuerſo genere humano quædam monſtra ſūt gentiū:ut gigantes:cynocephali ciclopes.Gigan tes dicuntur iuxta græci ſermonis ethimologiā qui eos gegines exiſtimāt.ideſt.terrigenas eo q̄d eos fabuloſe parens terra immenſa mole & ſimi/ les ſibi genuerit.Ge.n.terra appellatur gines ge/ nus.licet terre filios uulgus uocet quorum genus incertum eſt.Falſo autem opinantur quidam im periti de ſcripturis ſanctis preuaricatores ange/ los cum filiab⁹ hominum ante diluuium concu buiſſe:& ex inde natos gigantes ideſt nimiū grā des & fortes uiros de quibus terra completa eſt. Glo.ſuper geneſim.Sunt autem gigātes homies potētes immanes corpibus.ſuperbi uirib⁹ īcōdi ti moribus.Ex libro de naturis rerū ultra gangē fluuiū homines adeo grādes ſūt ut elephantos fa cile trāſiliant.Hominum quoq; genus eſt inſula ubi ethne montis incedium legitur:qui unū ocu lum ſub aſperima fronte ad clipei latitudinē ha bent:& dicuntur cyclopedes hi tante ſūt altitu/ dinis ut procerrimarum arborum excedant lon gitudinem & ſanguine ueſcūtur.Vnde uiſum ē. ut diximus quod unus eorū in antro ſuo reſupi nus iacēs una manu duos uiros tenēs crudos mā ducabat.Iſidorus ubi ſupra cinocephali appellā tur:eo quod canina capita habeant quoſq; ip̄e la tratus magis beſtias q̄ homines cōfidēt.hi.in in/ dia naſcunt. Ex libro de naturis rer⁹.Etate quo/ q; noſtra delatū eſt animal regi franciæ Ludoui co:capite fere canino:cætera uero membra cor/ poris habens ut homo.Crura qdem hūano more nudam nuſq; uel brachia:collū albū ac nudum: dorſū uero piloſum.erectus ut homo ſtabat. & ut homo ſedebat.Coctis carnibus ueſcebat. ui/ nūq; libētiſſime bibeat:& ita decenter ac mode/ ſte ſicut homo cibū manib⁹ capiebat:& ori ſuo i ferebat. Genitale mēbrū habebat magnū:ultra quam corporis q̄titas exigebat: puellas ac femi/ nis libentiſſime iungebat:& in ſexu uiri ac femi ne diſcretionē habebat cūq; pacatū erat hoc ani mal inſtar hominis mitiſſime ac decentiſſime ſe gerebat.at uero furiis agitatū crudeliſſime mo/ uebatur & hoīes ſeruiebat.

De ciclopibus ac cęteris. CA. XLIIII.

Iclopes eadē india gignit.dictos ciclo pes.eo q̄d unū habere oculum in fron te media perhibent.Hi & agriofagite nūcupat propter hoc quod ſolas ferarū carnes edūt Blēmias in libia credūt truncos ſine capite naſci.& os & oculos habere in pectore alios ſine ceruicib⁹ gigni:oculos habentes in humeris. In ultimo autem orientis monſtruoſe gentium faci es ſcribunt:alie ſine naribus.equali toti⁹ oris pla nitie.informes,habentes uultus.Alie labro ſubte riori adeo prominenti.ut in ſolis ardorib⁹ totam ex eo faciē contegāt dormientes. Aliis concreta ora eſſe modico tantū foramine calamis auena/ rum paſcus haurientes. Nōnulli ſine linguis eſſe dicunt inuicem pro ſermonib⁹ utentes nutu ſiue motu Panethios apud ſcithiam eſſe ferūt tā dif/ fuſſa magnitudine auriū.ut omne corpus ex eis contegant.Pan enim græco ſermone oē othi au/ res dicuntur.Hirthabaite in ethyopia,pni ut pe/ cora ambulare dicunt.Q uadrageſimū enim an nū nullus ſupergredit.Satyri homūtones ſunt adūcis naribus cornua in frontibus habēt & pe des caprarū pedibus ſimiles qualem in ſolitudi/ ne ſanctus Antonius uidit qui etiam interroga/ tus dei ſeruo reſpondiſſe fertur:dicens.Mortalis ego ſum un⁹ ex acolis heremi quos uario errore deluſa gentilitas faunos:ſatiroſq; & incubos co/ lit.Dicuntur quidam & ſilueſtres homines quos nōnulli faunos ficarios uocant ſciopodum gens fertur in ethyopia ſingulis cruribus & cælerita/ te mirabili : quos inde ſciopodos græci uocant: eo quod per eſtum in terra reſupini iacentes.pe/ dum ſuorum magnitudine adumbrentur anti/ podes in libia plantas uerſas habēt poſt crura & octonos digitos in plantis. Ippodes in ſcithia ſunt humanam formam & equinos pedes habē tes. Item in india ferunt eſſe gentes quæ macro bii nuncupantur .12. pedum ſtaturam haben/ tes unde & nuncupati.Macron enim græci lon/

Digitized by Google

gum dicunt.Est & gẽs ibi statura cubitalis:quos grecia cubito pigmeos uocant de qua supra diximus.Hii montana indie tenent.quibus est uicinus oceanus.Solinus.Arimaspi gens circa clitelon posita monocula gens est.Vltra hos & ripheum iugũ regio est assiduis obsessa niuib9 ubi humanos pedes flexis nisibus crurium serpũt potius q̃ incedunt.& pergẽdi usum lapsu magis destinant quam gressu.

Adhuc de eodem.

CA. XLV.

f Egastenes per diuersos indie mõtes cẽ: scribit nationes capitibus caninis armatas unguibus amictas uestitu tergorum animalium hirtorum ad sermonem hũanũ nulla uoce latratibus tãtum sonantes. ructibusq; apud thesiã legit' quasdã feminas semel parere natosq; canes ilico fieri.Esse rursum gẽtẽ alterã quę in iuuenta cana sit:nigrescat in senectute ultra cui nostri terminos perhẽnantẽ legimus. monoculos quoq; ibi nasci singulis crurib9 & singulari pnicitate quæ ubi defendi se uelint a calore resupinati plãtarũ suaꝝ magnitudine inumbrantur.Gangis fontem qui acolunt nullius ad escam opis indice odore pomoꝝ siluestrium uiuunt longiusq; p gẽtes eadẽ illa in p̃sidiũ gerũt. ut olo factu alãtur.Q uod si deteriorẽ forte spiritum traxerit eos examinari certũ ẽ.Sunt q̃ cer uicibus carẽt & in humeris oculos hñt.Sũt & q̃ siluestres corpore hirti.caninis dentibus stridore terrifico. Ex libro de naturis rerũ hoies quidam orientis sunt statura mediocri:quoꝝ ut lucerne lucẽt oculi sunt & homines quidã tantos in dorso strumas habentes.quod quicquid in augmẽtũ corporis cedere debet gibb9 absorbet:& ob hoc parui sunt uelut gnani in montib9 indie pigmei sunt cubitales:quibus bellum est contra grues in insula brixentis fluuii sunt homines absq; capitibus nascẽtes:quos epiphagos uocãt græci:& sũt .8.pedũ altitudinis:totaq; in pectore gerũt officia capitis:nisi quod oculos habẽt in hũeris.Sũt & homines quidam utriusq; sexus nudi incedentes:corpus pilosum in modũ bestiarũ habẽtes & eque in flumine & in terra habitãtes.Q ui cũ extraneos homines superuenire uident in flumine submersi nõ apparent. Sunt agrestes magni ualde & pilosi sicut porci.& quasi fere mugientes. Homines quoq; legũtur antiquitus uisi qui caudas habebant.Alii qui cornua.Aliquos etiam uidimus uelut canes emittentes latratus.Iteꝝ hoines quidam siluestres in partibus orientis capti sunt in siluis:qui postquam inter homines domesticos ueniebãt:manducare renuentes moriebãtur uel euadebant.Homines etiam hermafrodite uise sunt i frãcia masculini sexus & feminini.

De quarundam gentium moribus extraneis.

CA. XLVI.

d Icto de mirabilibus quorundam hominum naturis.libet etiam hic pauca inferre : de quarundam gentiũ barbarũ moribus extraneis siue consuetudinib9 apud gẽtes ceteras.ísuetis.Hieronymus.Contra iouinianũ.li.2.Schotorũ natio proprias uxores nõ habet sed ut cuiq; libitum fuerit pecudũ more lasciuiunt.Perse medi.indi.ethiopes.regna nõ modica & Roma non imperio parua:cum matrib9 & auiis:& cum filiabus copulantur. Massagete & derbices miserrimos putant qui egrotatione moriuntur:& parentes cognatos : propinquosq; cum ad senectam uenerint iugulatos deuorãt rectius esse dicentes ut a se potiusquam a uermib9 absumantur Eibarini senes quos dilexerunt suspendunt in patibulo.Hic cani uolucribus & canib9 semiuiuos proiiciunt.Caspiditẽ bestiis mortuos. Schyte eos qa defunctis amati sunt.uiuos infodiunt cum ossibus mortuoꝝ.Caprii canibus ad hoc nutritis subiiciũt senes.Q uod cũ alexandri præfectus fiasanor emendare uoluisset:pene amisit prouinciam.Solinus.Post inhumanos ritus primos hoium seres cognoscim9:qui aquaꝝ aspergine inũdatis frondibus uellera arboꝝ aminiculo depectunt liquoris:& lanuginis tenerã subtilitatem humore domant ad obsequiũ.hoc illud sericũ est in usum publicũ damnose ueneritatis admissum:eo quod ostendere potius corpora quam uestire primo feminis:nũc in uiris luxurie persuasit libido.Seres ipsi quidem mites inter se quietissimi.alias uero reliquorum mortaliũ cetus refugiunt.adeo ut ceterorũ gẽtium commertia abnuant.Primum eorũ fluuiũ mercatores ipsi transeunt:in cuius opes nullo interpretis lĩguę commertio:sed dispositio.rerũ præcio oculis estimantibus sua tradũt nostra non emunt. Clemẽs Libro.9.Apud seres neq; meretrix:neq; adultera:neq; fur.ad iudicium ducitur.ne occisus homo fertur aliquando.Sed apud eos legum suarum metus uehementior quam genesis constellatio.Hii in initio orbis terre habitant seres quia caste uiuunt : nec erugine : nec grandine : nec pestilentia : & malis huiusmodi afflinguntur : quia nec post conceptum adiri ultra apud eos fœmina phas est : neq; cum purgatur. Carnibus immundis nemo ibi uescitur sacrificia nemo nouit. Secundum iustitiam omnes sibiipsi

Digitized by Google

iudices fiunt:ideo non caſtigãtur huiuſmodi pla gis:ſed plurimũ temporis in uita durantes abſq; egritudine uitam finiũt.Morbide autem immũ ditie pro pacto ſolent occidere.Solinus. Eſſedo/ num moris eſt parentum funera proſequi canti/ bus.& proximorum corrogatis cetibus corpora ipſa dentibus laniare:ac pecudum mixta carni/ bus dapes facere:capitũ & oſſa auro incincta po culoꝝ tradere miniſteriũ.Schitotauri pro hoſtiis cedũt aduenas Satharcei auro argẽtoq; damna/ to:in eternũ ſe a publica auaritia uẽdicauerũt.

Adhuc de eodem.

CA. XLVII.

s Chitarum in terris habitantium aſpe rior ritus eſt.Specus incolunt: pocula non ut eſſedones:ſed inimicorum capi tibus moliuntur.Amant prœlia:interemptorum cruorẽ a uulneribus ipſis bibunt. De numero ce dium honor creſcit quaꝝ ex partem eẽ apud eos probrum eſt hauſtu mutui ſanguinis fedus ſan ctiunt.non ſuo tantũ timore ſed medorum quo/ rum uſurpata eſt diſciplina.Iuſtinus.li.2.Schite agrum nõ exercent nec domus ulla aut tectum: aut ſedes eſt. Armenta & pecora ſemp paſcenti/ bus.& per incultas ſolitudines errãtib9. Vxores & liberos ſecum in plauſtris uehunt coriis tectis imbriũ hyemiſq; cauſa:quib9 pro domibus utũ tur iuſtitia gentis ingeniis non legibus culta eſt: nullum ſcelus apud eos eſt furto grauius: pro eo quod ſine munimento alimenta habent Aurum & argẽtũ nõ appetũt.Lacte & mele uiuũt. Lane ac ueſtiũ uſus eis ignotus eſt quãq; cõtinuis frigo ribus urantur pellibus ferinis ac murinis utũtur Hæc continẽtia illis morum quoq; iuſtitiam edi dit:nihil alienũ concupiſcẽtibus.Quippe ibi di uitiarum cupido eſt:ubi & uſus.Solinus.Gara/ mãtici ethyopes matrimonia priuatim neſciunt ſed omnibus in uenerem uulgo licet.Inde eſt qd filios matres tantum recognoſcũt.nã paterni no minis nulla reuerentia eſt.Quis enim uerũ pa/ trem nouerit in hac luxuria inceſt. laſciuientes. Ea propter garamantici ethyopes inter oẽs popu los degeneres habentur nec immerito qui affli/ cta caſtitatis ſuæ diſciplina ſucceſſionis notitiã ritu improbo perdiderunt. Arabes ſcenite cau/ ſas nominis inde ducunt:quod tentoriis :ſucce/ dunt nec alias domos habent.Ipſa autẽ tẽtoria ci licia ſunt ita nuncupant uelamenta caprarũ pi/ lis texta.Præterea ſuillis carnibus prorſus abſti/ net.Sane hoc animalis genus ſi iuectum illo fue rit:moritur ilico Arabes lõge lateq; diffuſi diuer ſis etiã morib9 & cultibus plurimis uiuũt. Aliis crinis intõſus mitrata capita redimitu pari.pars raſa in cruce barba. Cõmertiis ſtudẽt Aliena nõ emunt. Vendunt ſua.mari quippe & ſiluis diui/ tes.Vmbræ quæ nobis dextre ſunt illis ſiniſtre. Pars eorum quibus aſper uictus eſt.angues edũt Nulla uelaminis cura corporis.ac præterea oſeo fagi nominãtur.Troglodite ſpecus excauãt quo tegantur:nulli ibi habendi amor a diuiciis paup tate ſe abdicauerunt uoluntaria.Tantum lapide uno gloriantur quem exacontalicum nomina/ mus.tam diuerſis notis ſparſum ut.60.gemma/ rum colores in paruo orbiculo eius deprehendã tur.Homines iſti carnibus uiuunt ſerpentũ igna riq; ſermonis ſtrident potiuſquam loquant. An gile uero ſolos colunt inferos Fæminas ſuas pri/ mis noctibus nuptiarum adulteriis cogunt.pate re.mox ad perpetuam pudicitiam ſe legibus ſtri gunt ſeueriſſimis.Gafarãtes abſtinent prœliis fu giunt comertia nulli extero miſceri ſinunt.

De barbaris moribus indorum.

CA. XLVIII.

f Ontana qdẽ indiæ pigmei tenent ac hi qbus uicinus eſt oceanus.ſine regib9 de gũt. Pandeagens a feminis regitur:cui reginã primã aſſignãt herculis filiã indris oĩbus eſt promiſſa cæſaries.nõ ſine fuco cerulei:aut cro cei coloris.Cultus præcipuus in geminis.nullus funerũ apparatus præterea ut nube autem arche lai regũ libris editũ eſt.inquantũ mores populo rum diſſoluant:habitus quoq; diſcrepantiſſimus eſt. alii lineis.alii lancis.peplis ueſtiũtur.pars nu di.pars obſcena.tantum amminiculati. Plurimi etiam flexibilibus libris circundati. Quidã po/ puli adeo proceri ut elephantos uelut equos fa/ cillima inſulatiõe trãſiliant.Plurimis placet neq; animal occidere:neq; ueſti carnibus.Pleriq; tan/ tum piſcibus aluntur:& mari uiuunt. Sunt qui proximos & parentes priuſquam annis.aut egri tudinem in maciem eant uelut hoſtias cedunt de inde peremptorum uiſcera epulas habent quod ibi non ſceleris ſed pietatis loco numerant.Sunt etiam qui cum incubuere morbi: procul a cœte/ ris in ſecreta abeũt.nihil anxie mortem expectã tes.Phons habẽt indi.& gymnoſophiſtas uocãt. Qui ab exortu ſolis uſq; ad occaſum contentis oculis orbem candentiſſimi ſyderis contuentur. in globo ignis rimantes quædam ſecreta harc/ niſq; feruentib9 per totam diem alterius pedibus inſiſtũt.Hieronymus contrà iouinianum .lib.i. Indi ut omnes pene barbari uxores pulcherri/ mas habent apud eos lex eſt.ut uxor chariſſima cum defuncto marito cremetur.he ergo conten/

Digitized by Google

dũt inter ſe de morte uiri:& ambitio ſumma cer tantium eſt teſtimonium caſtitatis digna morte decerni. Itaq; uictrix inhabitu ornatuq; priſtino iuxta cadauer defuncti accubat amplexãs illud & oſculans:& ſuppoſitos ignes pudicitie laude contemnens. Puto qui ſic moritur:ſecundas nu/ ptias non requirit. Idem in.lib.2. Bardeſanes uir babilonicus ĩ duo dogmata apud indos gymno ſophiſtas diuidit:quarũ unum appellat bracha/ nas alterũ ſamaneos. Q ui tante continentie ſũt; ut uel pomis arborum iuxta gangem fluuiũ uel publice orize & farine alantur cibo:& cum rex ad eos uenerit. adorare illos ſolitus ſit. pacẽq; p/ uincie ſue in eorum præcibus arbitrari ſitam. Ex libro de maturis rerum. Eridraces ſiue gymno/ ſophiſte contempta fallaci ſeculi uanitate in tu/ guriis & ſpeluncis habitant nulli nocent:nec cõ tra aliquos armis ſe defendunt. Filii autẽ & uxo res eorum ſeorſum inhabitant cum animalibus quæ ad uitam ſobriam ſuſtentandam enutriũt: hos cum alexander macedo reperiſſet:ualde mi ratus:ait illis. Petite quod uultis:& dabo uobis. Da nobis inquiunt immortalitatem: quam ſup omnia deſideramus:alias enim diuitias non cu/ ramus:at ille. Mortalis inquit cum ſim immorta litatem quomodo dare poſſum. Si ergo inquiũt mortalem te eſſe cognoſcis:cur tot mala facien/ do uagabundus in orbe diſcurris. Sunt & brag/ manni ultra gangem fluuium habitantes: quos religio mirabilis & in innocentia mores & uita mirifice decorant. horum didaſcalus didimus ab alexandro macedonie rogatus:mirabilem ad cũ ſcripſit epiſtolam de uita & ſanctis moribus ip/ ſorum. de culto quoq; unius deis:& de eternitate filii cum patre dicens inter cætera. deus uerbum eſt. & illud uerbum creauit mundum:& per hoc uiuunt omnia. Nos autem hoc uerbum colimus hoc adoramus. Deus ſpiritus & meus eſt. ideo nõ amat aliud niſi mundam mentem ſunt & in illis parentibus homines alii qui amore alterius uite in ignem ſe mittere non formidant. Alii qui pa/ rẽtes proprios nimio ſenio cõfectos mactare: & eorũ carnes ad epulas p̃parate:pietatẽ ĩmenſam ac religionem putant. renuentes uero tanquam impios deteſtantur.

De moribus ſingularibus cæterarũ regionũ.
CA. XLVIIII.

